exitum tortuositate ⁊ seminalium vasoꝝ inuolutiõe obstante: vñ remanens titillatiõnẽ inducendo est delectatiõnẽ faciens. 2ª causa est ventositas spũosa transiens p oĩa mẽbra ⁊ maxie p genitalia ⁊ eius adiacentia. vñ ait Ar. ꝙ delectatio in coitu non solũ est pp emissiõnẽ spmatꝫ: ſꝫ etiã ꝑpter emissiõnẽ spũs. Ex quo ꝯstituto ⁊ ꝯsiderato fit spma. Et hoc dixit Ar. Est manifestũ in pueris illis qui nõdũ pñt spmatizare cũ sint ꝑpinq etati in qua põt spmatizari. Et silr est manifestũ in viris sterilib⁹. in his. n. oĩbus fit delectatio non ꝑpter spma qđ non emittunt ſꝫ ꝑpter spũs. Gal. etiã. 14° de vtilitate ꝑticulaꝝ ꝑdcãs duas cãs assignat delectatiõis in coitu Dixit tñ pruritus cãm fore humiditatẽ salualẽ descẽdentẽ ad mẽbra genitalia que est velut qđ acre ⁊ qđ mordicacitatẽ hñs. ⁊ nõ est cã delectatiõis solũ humiditas ꝑdicta causans prurituꝫ: sed etiã spũs multus ⁊ calidus respirare desiderãs ⁊ hanc voluit esse potiorem cãm. Dixit. n. hoc valde magnũ oꝫ extimare excessum delectationis. declarãs aũt ꝑdcãs cãs ꝑ signa Ar. dixit. Cũ frequẽs accidit copulatio fit minus gaudere ꝑpinquãtibus. ⁊ enĩ in freqnti coitu euatur multũ de mã pruritiua ⁊ spũ. ¶ Ex dict. pꝫ ꝙ predicta sũt cause delectationis pudendoꝝ ⁊ circũadiacentiũ membroꝝ. ⁊ etiã totius corporis. Et ꝙ spũs querẽs exitũ in toto corpe sit cã delectatõis pꝫ: qm̃ in actu venereo a corde multi spũs expãdunt̃ in totũ corpus. Cuius signũ est caliditas aucta in toto corpe in ipso actu venereo. ⁊ frigiditas sequẽs in ipso toto corpe actu cõpleto expiratꝫ spiritibus. ⁊ qm̃ fricatio ⁊ motus mẽbroꝝ genitaliũ ⁊ circũadiacentiũ est cã ꝙ humiditas ⁊ spũs defluat ad ea. hinc ẽ ꝙ in eis causat̃ vehemens delectatiõ q̃ diu durat quousꝙ spũs ille seu vapor ex humiditate surgens sit resolutus vel illa humiditas sit sensibilit̃ expulsa donec aut nõ fit resolutio aut expulsio eorum desiderat̃ fricatio. qm̃ apertiõe poroꝝ causat̃ exsolutio ipoꝝ ¶ Et qdã dixerũt causari delectatiõnẽ in expulsione ipsoꝝ sicut accidit gaudere in expulsione nociui. ¶ Et sunt q dixerũt causaꝫ delectatiõis in toto fore cõpassiõnẽ totius corporis ad delitiã ꝑpucij ⁊ oris matricis: sicut ꝯtingit titillatio ⁊ delicia in toto titillatiõnẽ faciente manu in subascellis posita. ¶ Cãm võ delectationis preputij ⁊ oris matricis dixerũt qdã esse delectatiõnẽ spmatꝫ trãseũtꝭ ad ea sup illa que exñtia neruosa de ipsius ꝑceptiõe gaudet tanꝙ adueniente neruis mẽ originis ipsoꝝ ꝑncipio. Sꝫ tñ melius est dicere cãm delectatiõis eoꝝ fore obiectũ ꝑportionatũ sensui ipsoꝝ qđ est spma digestũ spissum spirituosum ꝑportionẽ hñs ⁊ ꝑticularem modũ sensatiõis eoꝝ. Et ꝙ spma sit causans delectatiõnẽ in eis pꝫ: q: q̃diu est pñs ꝑtibus tã diu delectatiõnẽ inducit ⁊ cũ absens fit delectatio cessat. Et dixit Gal. vbi supra non oꝫ admirari delectatiõnẽ in his mẽbris: qm̃ ob hanc cãꝫ ꝑticule he multo sensibiliores sunt cute a nã ꝯstructe. directi enim fũt ad eas nerui satꝭ magni vt supra in ipsoꝝ anothomia patuit. Dixit Ar. 4° ꝑbleumatũ ꝑbleumate. 15° delectatio in coitu necessaria repit̃ ⁊ etiã pp iuuamenta. necessario qdem qm̃ mã est spma madefactũ delectabile: qm̃ transit spma ꝑ ꝑtes valde sensibiles in qbus sui ꝑñtia magna delectatio cãtur. ⁊ actiuo ꝑpinquato passiuo de necessitate sequit̃ actio ⁊ passio Propter iuuamenta võ vt ꝑuocent̃ sicut ſuꝑadem̃ est aĩalia ad coitũ vt generatio fiat ad quã spma ꝑpa nã deputatum est. Modo vt voluit Auic. 20° tertij. delectatio notat emissiõnẽ spmatꝫ festinã. ¶ Dixerũt pluribus causis delectatoꝫ in coitu intendi ⁊ remitti. ⁊ ꝑmo qdem rõne ꝑfectõis spmatꝫ. nam quãto ꝑfectius ⁊ magis ꝑportionatũ est spma tanto intensiorem causat deliciam. ⁊ quãto ab illa ꝑfectiõe deficeret tanto remissiorem eam reddit. ⁊ hinc est ꝙ temperati intensius delectant̃ alijs ⁊ ꝑpter hanc cãm vir quãtũ est ex suo spmate femina minus delectat̃ viro: cũ sit spma viri vt dixit Aui. 20° tertij magis calidum ⁊ magis digestũ ⁊ magis spirituosum spmate mulieris qđ respcũ illius est qđ frigidũ indigestũ ⁊ paucoꝝ spirituum. ꝑpter quã etiã cãm minor hẽtur delicia post plures coitus i mari ⁊ femine. eo ꝙ spma non eque digestũ ⁊ spirituosum emittit̃ sicut in ꝑmis coitibus ⁊ precipue minus delectat̃ mulier ex spmate suo in pluribus coitibus ꝙuis ꝯcurrant ad ꝑdcã etiã alie cause. Vñ Aui. 9° sui de aĩalibus ait. mulieres cũ multotiẽs coeunt nõ delectant̃ pp dcãꝫ cãm. etiã est alia cã ⁊ est ꝙ spma diu retentũ in vasis ꝑpt abstinẽtiam minorẽ causat deliciã. nã ꝑpt̃ morã imutat̃ ⁊ alterat̃ a sua cõplexione ⁊ sic a sui ꝑportiõe minuit̃ imo ⁊ aliqñ acuitatẽ tantam acquirit ꝙ pruritũ instantẽ in ꝑpucio facit. 2° rõne vehemẽtie sensus vel hebetatꝫ eius in dict̃ mẽbris. nã sensitiuus vehement̃ ꝑfectiõe ꝑcipit deliciam. ebes võ remissiõre: ⁊ pp hanc cãm iuuenes intensius delectant̃ senibus ⁊ pueris. ¶ 3° rõne quãtitatꝫ spmatꝫ nã quãto spma maioris quãtitatꝫ extiterit tanto intensiorẽ simul ⁊ diuturniorẽ causat deliciã. minoris võ quãtitatis exñs remissiorẽ ⁊ breuiorem. ⁊ pp hanc cãm sanguinei: q: multi spmatꝫ sunt intẽsius ⁊ diuturnius delectant̃. ¶ 4° rõne prurigino se qualitatꝫ spmatis: nã spma tali quãtitate decent̃ affectũ intensiorẽ causat deliciam ⁊ ecõuerso: ⁊ pp hanc cãm colerici intensius delectantur. ¶ 5° rõni ꝯtactus spmatꝫ ad ipsa mẽbra: nã quãto ꝑpinquius spma attingit eo tanto intensiorẽ causat deliciã. ⁊ ecõuerso remissiorem. pp hanc cãm vasa hñtes angusta intensius delectant̃. ⁊ silr puberes cũ in ꝑmis coire incipiunt cũ vasa adhuc hẽant arta for

tius delectant̃. ¶ 6° rõne diuturnioris vel breuioris more transitus spmatꝫ sup ipsa mẽbra. quãtũ. n. diuturnior est transitus tanto longioris delicie est cã. ⁊ cũ hoc etiã intensioris: qm̃ obiectũ ꝑportionatũ ꝙ diutius sensui applicat̃ tanto intẽsius iꝑmit vt voluit Auic. 2° ꝑmi ca° de causis deliciaꝝ. ⁊ ꝫm hanc cãm intensius delectant̃ hi qbus ſꝫ plures eiectiões spma defluit. Dixit Auicẽ. 21° tertij. ⁊ ꝑpter illõ. s. pp multitudinẽ eiectiõis spmatꝫ ⁊ impulsionis ⁊ attractionis eius in matrice multiplicat̃ delectatio mulieris. ipe enim delectant̃ in motu spmatꝫ viri in ore matricis eaꝝ descendẽdo ad ventrẽ matricis: imo delectãt̃ ꝑ ipm motũ qui aduenit matrici. Et dixit non verificat̃ sermo dicentiũ ꝙ eaꝝ delectatio ⁊ cõplementũ nõ stat nisi ꝫm descensum spmatis viri ac si vir nõ emitteret spma nõ delectaret̃ ipse sulipsius emissione. Et ꝙ si vir emittat spma ⁊ matrici eaꝝ non accidant isti motus ⁊ nõ gescãt ex eis tunc ipse inueniũt delectatiõnẽ a delectatiõe parua cuius silis est in viris ẽt ante motuꝫ spmatis ipsoꝝ silis fricationi ⁊ cõmetioni q̃ fit in emissione humoris q non est spma. neqꝫ Auic. verificat sermonẽ illoꝝ qui dicũt ꝙ cũ spma viri sup matricẽ fundit̃ extinguit eius caliditatẽ ⁊ sedat eius inflatiõnẽ sicut aqua frigida q̃ effunditur supra aquã calidã bulientẽ: ⁊ ꝑpt̃ hoc magis delectat̃ matrix eo ꝙ reducit̃ de mala eius dispõne calida acq̃sita in motu ad suã dispõnem nãlem. hoc enim nõ fit nisi ꝫm modũ quẽ diximus cũ ipse emittũt spma ⁊ deglutiunt spma viri cũ descendit. In alia aũt hora non fit virtus de qua sit curãdũ. s. ad delectatiõnẽ. ¶ Dixerunt qdam ꝙ mulier magis delectat̃ semine suo ꝙ semine viri ſꝫ spma viri sit tempatioris cõplexionis. ipsa tñ delectat̃ amplius ex delectatione sui. ꝑpi seminis ꝑ vasa sua seminaria ad collũ matricis descendent. in cõmotiõe enĩ spmatꝫ per vasa seminaria vt ipi dixerũt ad determinatũ locũ delectatiõis causat̃ in coitu delectatio maxima Aui. voluit mulierẽ in coitu hẽe delectatiõnẽ duplam ad viꝝ: qm̃ delectat̃ motu sui ꝑpriȷ spmatꝫ ⁊ spmatꝫ viri sup ipsaꝫ Et dicit Aui. ꝙ mulier ⁊ mulier sibi inuiceꝫ cõm scentes suscipiũt spma sup spma ⁊ delectant̃ ambe simul. põt. n. mulier suscipe spma non solum a viro sed etiam ab alia muliere: nõ quidem generatiuum sed delectatonis inductiuũ. Dixit Gal. minor est delectatio mulieris in coitu ꝑmo in aduentu materie equalis ⁊ temperate ad neruos frigidos ⁊ siccos ⁊ duros vnde diutius accensa feruet magis: ⁊ iõ vrit diutius: sic vrit diutius ferrũ auro. ¶ 2° ex ꝑte sensibilitatꝫ neruoꝝ vñ delectat̃ valde sensu receptiõis mẽ ꝑfecte plene spiritibus. ¶ Et 3° eius delectatio sumit̃ ex cõpositione neruosa infra orificiũ interius ⁊ vsꝫ fundũ ad qđ nõ attingit spma morans ⁊ satians nisi ad exteriores ꝑtes: ⁊ iõ non satiatur mulier coitu ꝙuis lassetur. ¶ Dixit ꝯciliator. multi dixerunt viꝝ intensius delectari: qm̃ hꝫ ꝑfectiorẽ sensum ꝑfectius obiectũ ⁊ magis pruritiuũ ⁊ meatus angustiores ⁊ longiores ⁊ magis inuolutos ⁊ tortuosos. sed dixerũt mulierẽ extensius delectari quia diutius durat eius delectatio ⁊ longa mora ꝑcipit spma suũ ⁊ spma viri. ¶ Quidam aũt alij dixerũt mulierẽ nõ solũ extensius longiori tꝑe ꝑpter dictã cãm delectari sed etiã intensius. Et ratio eoꝝ est potissima auiditas ⁊ maxima quã hꝫ matrix ad spma viri quare cũ ipm ꝑcipit strictius ipsum amplectit̃ vnde intensius delectatur. ¶ 2ª causa ẽ densitas orificij matricis maior ꝙ densitas preputij viri quare iꝑressionẽ receptã diutius retinet ſꝫ ⁊ hoc facit ad delicie augmẽtũ. ¶ 3ª rõ pluralitas cãꝝ que sunt spma suuꝫ ⁊ alguadi qđ ꝫm ipꝫ mulier emittit ⁊ spma viri ⁊ motus matricis sursum versus ipm ⁊ fricatio plm partium ⁊ ꝑcipue collũ matricis qđ in suis rugationibus virga fricatũ ꝑcipit delectatiõnẽ magnã. ¶ Extremitas etiã supior orificij vulue pectine viri fricata intensam prebet mulieri deliciã. ¶ Et 4ª rõ est q: tardius exsoluit̃ spũs ventosus attractus a muliere ꝑpter angustiatiõnẽ poroꝝ eius. Quapropter dixerũt nõ solũ intensius: sed etiã furiosius appetit coitũ. Et ꝑpter dictas cãs post expletũ coitũ nõ odit mulier viꝝ sed diligit. ¶ Dixit Bor. sunt aliq ita mali qui quãto fedius ⁊ turpius coeunt tanto magis delectant̃. De quibus dixit Hal. super centiloquio hi sunt in quoꝝ natiuitatibus dñat̃ saturnus. ⁊c.

¶ Capl'm. 15m de erectione virge veniente ꝫm nãm.

Necessarium fuit ad generationeꝫ viri erigi virgã. vt in nature agri fundo semen spargi possit. ⁊ tendi in muliere colluꝫ matricis. ⁊ aperiri orificiuꝫ eius. ⁊ ex opposito parari orificio extrinseco. vt ad locũ ꝯceptiõis spma. euomat̃ cõmodiusꝙ ꝑueniret. Ait iõ Gal. 14° de vtilitate ꝑticulaꝝ. decet tendi delectabiliter ⁊ diligent̃ pudendũ in coitibus nõ solũ gratia solius coit⁹ sed q: vtile est certitudinaliter vt distẽdat̃ ⁊ apiat̃ porus vt ad plm exiliat spma. Si enĩ nõ ꝫm rectitudinẽ ferat̃. ſꝫ obliquet̃ ꝫm qđ ⁊ concidat ibi retinebit̃ spma ⁊ nõ exiliet. Et dixit. 14° eiusdẽ ꝙ necesse sit tendi virgã ad exiliendũ spma ⁊ ad exercendũ ipsum qđ põt fieri: qm̃ tensio virge est velut qdam spasmus in excreatione contentoꝝ: ⁊ maxie spasmatis declarat qđ accidit in forti epilẽsia ⁊ gomorea. videmus enim in forti epilensia ⁊ gomorea spasmato vniuerso

Vide hic ꝙ sensatio titillatiõis que percipitur circa preputiuꝫ ⁊ colluꝫ matricis est etiã ex cã his delectationis in coitu vltra spermã.

Vide hic ꝙ in plurib⁹ coitib⁹ ẽ minor delectatio tã in mari ꝙ in femina ⁊ nota rõneꝫ quare.

Vide hic ꝙ multitudo spmatis eiecte in matrice mulieris est cã ꝑpter quã multiplicat̃ delectatio ipsius.

Vide hic ꝙ mulier habet delectatiões duplã ad viruꝫ in coitu.

Vide hic ꝙ mulr nõ solũ longiori tꝑe ⁊ extensiue magis delectatur viro sed etiam intensius.

Vide hic ꝙ nõ solũ tendit̃ mẽbrum ad delectatiõnẽ sed vt distẽdat̃ ⁊ apiatur porus vt exeat spma tẽpore coitus.

vniuerso corpore ⁊ cū eo genitalibus ꝑticulis sperma eicit̄. ⁊ ꝙ similiter in gomorrea ꝓꝑ spasmuȝ vasoꝝ spmaticoꝝ excernit̄ spma mō tensio virge est cā erectionis eius. Et fortasse ad hunc sensum Auic. de caº de diminutione coitus ait. Inflatio virge est bonus adiutor .s. ad coitū generatiuū. huius aūt cās reddens Ar. 4º ꝓbleumatū. 23º. ꝓbleumate dixit eas fore duas: quaꝝ pma est grauitas ponderosa que accidit in posteriori ꝑte testiculoꝝ qua erigit̄ suspensoriū .i. virga. vt .n. supra patuit Ar. voluit testiculos fore factos vt tenerēt sua grauitate vasa spermatica tensa sicut lapides liciatorijs applicati tenent fila extensa. hoꝝ aūt vasoꝝ tensio facit tendi ⁊ erigi virgā. Ideoq͂ dixit testiculos virge fore erectiuum. hec tñ cā non est cōueniens vt supra patuit de vtilitate ꝑticularū.

Vide hic cās erectionis virge in coitu vltra cās superius enarratas.

¶ 2ª cā est ꝙ in coitu spma ⁊ spūs ventosus ad vasa inuoluta supra testiculos exn̄tia ꝓmota ⁊ ex ipsis tāq͂ satis amplis exn̄tibus egredientia: cū ad vasa cuȝ impulsione forti angustiora transeūt qualia sunt vasa post testiculos ad virgam tendentia. ⁊ sic ad minorem locum intrantia necessario eos in tumorē eleuant vñ tenduntur ⁊ tensā virgam erigunt. qm̄ sustentat̄ virga sup ipsis vasis. Accidit etiā vltra ꝑdicta spmata ⁊ spiritu ventoso poros virge repleri. vnde ipsa virga tendit̄ ⁊ erigit̄. Auic. q̄3. 20ª. tertij tāgēs predictaȝ cām erectiōis virge dixit virgam erigi ꝓpter tensionē cāne cōcaue .i. vene ad modū cāne cōcauate ⁊ que sequūt̄ eam .s. ex venis ⁊ arterijs eius que sunt satis ample vt supra in anothoª eius vel canne cōcaue .i. poroꝝ seminaliū ⁊ que sequūt̄ eam .s. virge ⁊ eius venaꝝ ⁊ arteriaꝝ dilatata ⁊ ꝓlongata propter illud qd̄ effundit̄ ad ipāȝ .s. in eius cōcauitate ad venas ⁊ arterias de ventositate forti .i. grossa vel multa quā defert secū spūs desideratiuꝰ vel desiderans .s. coitus qui spūs est spissus non aeris subtilis: cuȝ quo spiritu etiam incedit sanguis grossus multus ⁊ spūs grossus Dicunt ꝙ per istū sanguinē intellexit mām spmaticā vel humiditatem alguadi qbus sic repletis accidit tendi ⁊ ꝓtendi virgam et erigi: ⁊ ꝓpter illud. Dixit Auic. accidit .s. virge erectio cū somnus est ex calefactōe arteriaꝝ que sunt in mēbris spmatis ⁊ attractiōe ventositatis sanguinis ⁊ spūs ad ipsam virgā .s. ex corpore ⁊ mēbris supioribus: ⁊ si nō fit delator eoꝝ spūs desideratiuus in somno. Et qdam dicūt ꝙ arterie virge cum sint satis magne mouēt̄ motu magno maxīe cū sint ī somno calefacte ⁊ in illo magno motu attrahunt multū de aere ⁊ sic replent̄ ⁊ tendunt̄ vñ virga erigitur. ⁊ in sūma omne qd̄ mouet ⁊ attrahit ventositateȝ ⁊ mām spmaticā ad membra genitalia ⁊ virgā est cā erectōis virge: siue in somno siue in vigilijs ⁊ de mouentibus eas est desideriū coitꝰ siue fuerit ꝓpter meditationē siue ꝓpter ventositatē: siue ꝓꝑ multitudinem spmatis: siue ꝓpter ipsius vel alterius mordicationeȝ: vnde virtus cōcupiscibilis mouet ad virgam spiritū grossum.

Vide hic ꝙ motus leuis ⁊ fricatio leuis ⁊ calefactio ipsius pudēdi sunt de causis attrahētibus vētositatem ⁊ materiā spermaticā ad ipsum.

¶ Dixit Auic. erigit̄ virga ꝓpter qd̄ mouet̄ ex desiderio ꝓpter preparationē membri ad illud. nam virga semp est nata obedire meditationi supple: ⁊ meditatio facit accidere tensioneȝ. Et de attrahentibus ventositatē ⁊ mām spmaticā ad pudendū est motus leuis ⁊ fricatio leuis ⁊ calefactio ipoꝝ ⁊ alia que dicent̄ in capº de diminutōe coitus. De tensione aūt colli matricis ⁊ aptione orificij eiꝰ Gal. dixit. 14. de vtilitate ꝑticulaꝝ apit̄ os matricis ⁊ tenditur intantū vt per amplam viam elatū spma faciliter ꝑueniat ad spatiositatē matricis eius intus. ⁊ preterea neruosuȝ ⁊ duꝝ fcm̄ ē. neruosum qdem vt trahat̄. duꝝ vō vt dirigat̄ ꝑm spmatꝭ susceptionē. Si enim ꝓpter mollitiem decidens ī seipso plicas aliq͂s facere ⁊ flexiones ꝓhiberet̄ ⁊ vtiq͂ spma ab his cito ꝑuenire ad sinum matricis ⁊ in hoc segregarent̄ abinuicem humiditas ⁊ spiritus cū indigeant cōuenire .s. si debeat fieri cōceptio. hoc quidem scȝ spūs vt principiū: illud vō est .s. humiditas corpulenta spmatis vt idonea mā ad vasoꝝ gn̄ationē. Et subdit. Si enim non cito incideret in sinum matricis sed in intermedio aliqua moratio fieret anticiparet vtiq͂ seu parua pars ⁊ leuis exn̄s excideret ab humiditate .s. spm̄ ⁊ periret .s. transeundo ⁊ sic non fieret generatio. Inquit Gal. non miror si membra genitalia ab initio suas actōes naturales que cā eoꝝ sunt cognoscūt: qm̄ natura sic oībus dedit mēbris. Si enim hoc non esset quare os vulue mox spmate eam incidente claudaret̄ penitus vsq͂ ad augmentū fetus: deinde apiretur ⁊ fetus expelleret̄. ⁊ similiter veretrum ꝑ seipsuȝ suā opationem cognoscit ⁊ de his amplius capitulo de priapismo.

¶ Caplm. 16m de generatione embrionis.

Vide hic ꝙ matrix contrahit̄ ⁊ colligitur super spermata pōt iniectioneȝ eorum in eam ita ꝙ bene vndiq͂ cōprehen dit ea.

Dixit Isidorus in libro de natura fetus. Si sperma vtrunq͂ a viro scȝ ⁊ muliere ꝑmanserit in matrice mulieris. ꝑma quidē miscent̄ ambo ipsa spmata simul. supple ⁊ os matricis claudit̄. ⁊ matrix ꝯhit̄ ⁊ colligit̄ sup ipsa spmata ⁊ bñ vndiq͂ cōprehendit ea: sicut stomachus ꝯtrahit̄ ⁊ colligit̄ sup cibum vt comprehendat ipsum. Cūq͂ ambo spmata in matrice mulieris sꝫ contenta nō quiescūt: sed inuicem agunt ⁊ patiunt̄ digerendo et preparando mām virtuti informatiue. facit aūt hanc ꝑparatoriā digōneȝ virtus generatiua calefaciendo ipsa spermata mediante vita: tum etiam a calore matricis supra spmata ꝯtracte. Hic igit̄ actione caloris dixit Isidorus vtrūq͂ spma colligit̄ ⁊ ingrossatur ⁊ inspissat̄ cale factū .s. quia calefit. de nā enim calidi est ingrossare humidum in qd̄ agit. resoluendo ⁊ ꝯsumendo qd̄ in eo est superfluū ⁊ aquosum. ⁊ cū sicco non supfluū ꝑmiscēdo vt digestio manifestat. Et qm̄ oīa dixit Ipo. que calefiūt spm̄ hñt .s. ventosuȝ generatū ex actione caloris in mām. Silr ista mā spmatū coagulata ingrossata ⁊ calefacta ⁊ in calido loco exn̄s in matrice dr̄ habere spm̄. Et dixit Ipo. Matrice itaq͂ spirante ⁊ hñte spm̄ calefactuȝ intus in spmatibus reclusum: ipse idem spūs viam facit sibi extra scȝ ipsa spmata querens refrigerationē. ⁊ exit ꝑm mediū spmatis cūq͂ fit via ipsi spūi calefacto ad extra alius spūs frigidus spirat a matrice: ⁊ hoc facit ꝑ totū tpˢ gn̄ationis fetus .s. ꝙ calefactꝰ extra spirat ⁊ alius frigidus subintrat ad cōtempandū calorem. fac̄ aūt spūs calefactus sibiipsi viam ad extra: q̄ꝛ frangit ptes spmatꝭ ⁊ sic tendit extra: ⁊ alius subintrat per eandem viam vt dcm̄ est frigidus a quo nutrit̄ .i. sustentat̄ per refrigerationē ⁊ euentationē calidam ipoꝝ spmatum a quo .s. introitu ⁊ exitu spūs spmata ipa spumescunt. Cūq͂ dixit Ipo. Sperma .s. cōmixtum ⁊ tumefactuȝ ⁊ spumificatū fuerit facit quēdam pāniculū ⁊ circūextendit̄ ei exterius ꝯtinuus factus sicut viscosus .i. in modū cuiusdā viscositatis sicut contingit in pane qui ponit̄ in furno ad assandum ꝙ subtile qd̄ est in pasta eius in specie pāniculi stat supficialiter calefacto pane ⁊ inflatus panis ꝓpter calorē eleuat̄: q̄ꝛ ꝑm quātitatē sue inflationis ⁊ fit qdaȝ pāniculus: q̄ꝛ fit quedam crusta circūstans panē Silr spmati cōmixtio et calefacto ⁊ inflato qdam pāniculus circūfit extra. Et Ar. dixit 2º de gn̄atione aīalium. cū ꝯstans fuerit in matricibus femelle genitura viri cōueniente corporeo .i. genitura viri cū eo qd segregat̄ a femella .i. mā embrionis ꝑm ipȝ segregatur humidū .s. actione caloris circūstat in circuitu desiccatꝭ terrestribꝰ partibus hymeneos. Et iteꝝ dixit. 9º de historijs. Cū spma decidit in matricē mox ꝯstat hymen sicut cōtingit in humidis corporibus calefactis: ⁊ deinde infrigidatis piseron .i. circūsiccuȝ euenit vt ī pulmentꝭ paꝝ infrigidatꝭ. Et hoc hymen vt ipē dixit 2º de gn̄atione aīalium de necessitate fit. nā necesse est calefactoruȝ desiccari extrema. Et dicunt qdam ꝙ iste pāniculus ꝑm Ar. generat̄ ex spmate femine. ⁊ ideo dixit .s. eo qd segregat̄ cum femella. ⁊ hoc idem voluit Gal. cum dixit mixto vtroq͂ spmate intrare spm in vuluā ⁊ in ipa mixtione quedā loca vacua remanent que implent̄ spmate mulieris qd̄ ī mixtū remansit. Cā aūt quare non facta fuit ī mixtio eius totius est vt pāniculus fieret a spmate mulieris qui infantulū circūdaret. Et dixit Haly. dum hec cōmixtio circūquaq͂ dispgit̄ vulue calore excoquit̄: vñ citissime fit nebula Et dixit Haly. ꝙ hic pāniculus idem facit spmati ꝙ ouo nouit̄ nato suus facit pāniculus. Et preterea dixit ꝙ saltans post sextā diē sue impregnatiōis extra hmōi pāniculū spma emisit in silitudinē oui nōdum cōpleti. Cuius pāniculi iuuamentū est ꝓhibitio exaltationis spūs emissi cum spmate .s. spūs gignitiui. ⁊ ꝓhibitio diuisionis ⁊ sepatiōis partiū abinuicē vt vnitū cōmixtum spma sufficientem ꝯtineat virtutē ad generandū ⁊ ꝓhibitio eius a contactu lesiuoꝝ. ¶ Et Gal. de predictꝭ loquens. 14º de vtilitate ꝑticulaꝝ dixit. Multa in vno tpis momento fiūt miracula a natura circa principium cōceptionis. Ipsas enim cōuenit contrahi matrices q̄ꝫ citissime circa spma ⁊ claudit totū collū ⁊ maxime intrinsecū orificium eius. submergentē vō ⁊ humiditatē ⁊ asperitatem matricis eius extensam .i. tensam ⁊ sparsam humiditatē .s. fieri ꝯtingit ad leniendū asperitatē matricis ne īpediant cōmixtionē spmatuȝ ⁊ ne desiccet ea ⁊ inde membranū subtile fieri .s. ꝯuenit. ¶ Et Auicē. dixit. cum sperma figit̄ ⁊ spumat ⁊ penetrat spuma ad ꝓfunduȝ vesice cordis .i. in totuȝ vbi debet creari vesica cordis: generatur pāniculus ex hoc ꝙ sperma muliebre mouet spma masculinū: mouet aūt ipm tanq͂ passiuum ꝓpinquatū actiuo in qd̄ actiuū necessario mouet̄ ad agenduȝ. Et 20ª tertij dixit ꝙ spma maris cōtinuat se spmati femine vt ex eis simul opimentū fiat quo fetus īuoluitur. ¶ Dicunt qdam ꝙ cā generatiōis illius pāniculi est q̄ꝛ omne humidum a sui pmordio est inconstans ⁊ ꝑm totū ⁊ ꝑm ptes presertim cum habeat ꝯsistere in humoroso loco: ꝓpter que indiget continente ⁊ alligante alteri. ideoq͂ corpori humano a sue creationis pmordio ꝓuidissima nā ꝓuidit de parte cōsistente ⁊ ꝯseruante: qm̄ si non illud humidum contangens spma cōmixtū ipm corrumperet ⁊ ꝓpter hoc generationē impediret. ¶ Cum enī aīal fiat de materia debet saluari ⁊ cōpacta reddi que duo stāte sic humido non pn̄t fieri. ¶ Preterea Ar. 3º de gn̄atione animaliuȝ dixit aīalismatibus in seipsis modo quodaȝ. post constitutionem quidem a pmordio velut ouum fit. continet̄ enim humidum pellicula subtili quēadmodū vtiq͂ si quis auferat testam oui. Et de causis generatōis huius pāniculi est: qm̄ nō oportebat aīal generandum contangi a duro: vnde valet ad hoc ne generande vesice que subtiles sunt a matricis duricie tangant̄: ⁊ hic pāniculus etiam ligat embrionē matrici. Unde hoc totum sperma suspenditur cum duobus additamentꝭ siue corporibus matricis. ¶ Idq͂ dixit Ar. ꝙ hic panniculus fit gratia alicuius .s. vtilitatis imo vtilitatum dictaꝝ. Et Gal. vbi supra ait. in eo vndiq͂ custodiri spm̄ vt

Vide hic ꝙ spermati cōmixto ⁊ calefacto in cōcauo matricis fit quidam panniculus cui circū extenditur eis ne leditur extrinsecus.

Vide hic ꝙ multa miracula fiunt a natura circa principiū cōceptionis.

Vide h cām spumificationis spermatis in matrice pro generatiōe embrionis tam generalem φ particularē.

non euolans abscedat: sed icipiat naturalis motus. ¶ Causaz at spirificationis spmatis Auic. 9°. sui de aialib⁹ dixit esse duplicē quarum vna ē gnālis τ absoluta: τ alia ptcularis τ determinata ¶ Et gnālis ē actio caloris matricis in humiduz viscosū τ hanc voluit no esse pncipalem causam sed solum sicut adiutricem. naz calm matricis non agit in spermata sicut determinatuz calm sed sicut absolutuz solum. ¶ Causa vo particularis ē actio determinati calidi ipsoꝝ spmatuz regulatiū actione sua a vtute. ita φ agit spumificationē ad determinatuz finē. s. ad ipm viuificāduz spūm τ istud calidū dixit esse eius principale agēs. Aui. aūt 21ª tertij hāc actionez tribuit v tuti informatiue cum dixit ipsa appropriata est res. i. vtus continuata a creatore ut sit preprata nō cessans cōprehendere cū augmento fetus que. s. virtus informatiua: vel que. s. vtus creatoris non comphendit. Et enim de secretis dei qui sit exaltatus qui est rex verax laudabilis τ benedictus melior omnibus factoribus. ¶ Dixit itaqꝫ Aui. cum matrix colligit τ vnitur sup spma. s. vtrūqꝫ. dixit aūt ibi in singulari ppt illud qd patuit de Ar. φ spma non dicit nisi de virili: vel τ melius φ ex ambobus statim efficit vnum ꝑpter omnimodā ꝯuenientiā quā hūt. τ colligit supra ipsum intantū φ nulla intersit vacuitas neqꝫ medium inter ipsam τ spma: τ hoc ꝑpter ipsius attractionē τ colligitur vt ipm retineat. ¶ Ait enim Gal. 3° de virtutibus nālibus φ retentiue matricis opa est cōuenire matricem ei φ concipit vndiqꝫ ita φ est ibi nūqꝫ inuenire regionē: sed siue paucū fuerit siue multuz qd ꝯtinet in ea plena: τ i complete eaꝝ ventres ꝯtrahi apparent circūtractis per tunicas ei φ ꝯtinet: τ imediate attingit ipm spermā nullo intermediāte humore vel alia supfluitate. Et tūc ea sic collecta dixit Aui. ꝑma dispositionū q̄ acquirit in ipso spmate ex opatione virtutis informatiue est spirituositas spmatis. Et ponēs Aui. modum opationis ipsius virtutꝫ spmatis in spirificando dixit veritas. i. cā vera huius spūositatis est ex hoc φ virtus informatiua mouet illud qd est in spermate ex spiritu vitali τ aiali τ naturali ad minerā siue originem siue vniuscuiusqꝫ eoꝝ in qua figitur. i. figi pōt seu debet. Et creatur illud membrū. i. vt creari possit illud membrum. s. qd debet ex minera τ origo illius spūs ex eo. s. ex ea parte spermatis ad quā mouet: vel ex eo. s. spiritu cum mā ipsum continente. ¶ Intelligendū eni est φ virtus informatiua mouet

Vide h φ virtus informatiua mouet spir tum gignitiuuz habentem i potentia spiritum vitalem naturalem τ aialez

spm gignitiuū hñtem predictos tres spiritus. non quidem actu ꝫ potentia. nam ipe ait 9° sui de aialibus in spmate est solum vnus spūs homogeneus in suis partibus dictus gignitiuus qui habet omnes illos tres spiritus virtualr sicut virtus generatiua potentia habet tres virtutes quaꝫ illi tres spūs sunt instrumēta. s. vitalem nālem τ aialem. Dixit Ypo. φ supradictus pāniculus distat id est separat tenue. i. subtile aquosuz: φ ex tali generat pte τ de spermate. i. de parte spissa τ grossa spermatis paꝫ est in se. alid āt qd est residuū qd est de grosso retinetur in pāniculo ipso. s. vt fiat ex eo embrio. Et dixit Ypo. φ transitus intus τ extra spū ventoso fit per pāniculuz. nā in illo pāniculo remanet meatus per quē trāsit spūs supple est locus vbi creabit vmbilicus τ fit spūi ipsi dict⁹ transitus iuxta medium spmatis. nam illuc pmo dirigit spūs gignitiuus a virtute informatiua. Ait enim Aui. 21ª tertij φ fcā spirificatōe τ moto spiritu gignitiuo qui est in spmate. repitur exsufflatio tota impelli a virtute informatiua ad medium humiditatis scꝫ spmatis. φuis enim spūs iste in se sit leuis τ calidus τ vt sic debeat ferri sursum τ ad circūferentiam. fert tū ad medium eo φ calidum nāle est τ virtus instrumentū τ fert ad omnē differentiam positionis ad imperiū virtutis cuius est instrumentū. Mittitur aūt pus ab ea ad medium spermatꝫ vt prepare locus cordis in qua preparatione vt dicunt duo fiunt vnum est vesica i medio loco. τ 2ᵐ est spūs vitalis in ipsa vesica. τ generat hic spūs vitalis vt multiplicato per ipm calore virtus informatiua possit potentius generare cor τ alia membra. fit aūt hoc in medio: φ cor debet obtinere mediū locum in aiali sicut rex mediū locū optinet in regno suo. fit ergo hoc in medio dixit Aui. vt preponat. i. ante oia appareat locus cordis quo debet creari. Deinde dixit Auic. i. postφ facta fuerit pdicta preparatio τ ipsa vesica a latere eius. s. loci cordis eius dextro τ etiam a loco supremo: φ supra ipsum locum due fiunt vesice ꝑpter reliqua duo membra pncipalia quasi ramificate ab eo. s. loco cordis: φ ab ista vesica a qua dꝫ creari cor: τ sunt ille due vesice coniuncte τ vnite pme vt rami trunco tangentes ipsam vesicam cordis vsqꝫ ad horam. s. alicuius temporis mensuram sine medio supplent. τ sic fiunt in illis duabus vesicis spūs: in suprema spūs aialis: vt iuuet virtus per ipm i generatione cerebri: φ ille est locus in quo debet cerebrum generari. Et in ea que est in latere dextro spūs nālis vt iuuet virtus p ipm in generatione epatis: φ ille est locus in quo debet epar generari. Dixit itaqꝫ Auic. 9° sui de aialibus φ φ statim spūs gignitiu⁹ venerit ad medium spmatis: tunc pmū qd virtus informatiua cū eo generat est tres spūs supradicti. s. ordine predicto. ¶ Dicūt. n. quidam φ spūs gignitiuus habet in potentia dictos tres spūs φ iam generant anteφ membra. φm ipsi generant ex mā subtiliori mēbra vo ex materia grossiori modo pus manifestat actio agēt in materia subtilitanφ in melius disposita pati φ in materia gros

Vide hic modum preparatiōis τ inceptionis fetus τ embriōis in matrice cum certis vesicis.

sa. Deinde dixit Auic. Post horam separantur ab eo. s. loco cordis ille due vesice τ sepant situ τ distantia τ discernunt. s. figura τ dimensione: vbi in pncipio ꝑpter puitatem ipsaꝝ τ cōtiguationem erant vnite cum pma: τ fit ipsa pma vesica. illud ex quo generat cor τ dextra fit istud ex quo generat epar. supple τ supma fit istud ex quo generat cerebrū. τ ne credas φ predcā membra fierent solum ex vesicis illis subdit: implet vnaqueqꝫ vesica fm interiacentes ptes albo. s. mā cōueniente ad generationē ipsoꝝ mēbroꝝ: ita tū φ sicut pma vesica fuit pmo creata ita pmo repletur τ deinde alie. mā tū ex qua repletur est diuersa. nā vt dixit Auic. 9° sui de aialibus in sanguine. i. in spmate ex quo creant pncipalia sunt tria vnū qd est subtile aliud qd est grossum τ aliud qd est quasi flaticum τ a coctione diminutū. Et cor format ex eo qd est subtile τ epar ex eo qd est grossum τ cerebrū ex eo qd est flaticū τ frigidum: τ sic ex dictis materijs gnāntur dicta tria mēbra pncipalia. Et subdit Auic. illud qd est multum subtilius est pncipiuz quo fit cor. Epar est quasi de superfluitate nutrimenti cordis. Et ob hanc cām dixit φ cor est pncipiuz generationis epis. medulla vo. i. cerebrum hꝫ generationē non de subtili sanguine τ bono. i. de subtiliori parte spmatis: sed ex eo qd est quasi flegma τ ob hāc cām dixit. 21ª tertij φ 3ª vesica. s. suprema implet sanguine ad albedinem decliui. Et Ar. dixit 2° de generatione aialium honorabilissima τ pncipalissima pticula ex alimēto digesto τ purissimo fit partes aūt alie ex deteriori τ reliquis supfluitatibus. nam vt dicit in actione caloris in mām cordis aliqua pars pfecte digerit τ ex ea fit cor. aliqua pars supflue decoq τ ingrossat τ ex ea fit epar τ aliqua pars incomplete digerit τ remanet impfecte digesta τ ex ea fit cerebrū. Et dixit Auic. creator posuit ista membra in loco competenti, put fit necessariū vt spūs exiret de vase cōpetenti. et non fuerunt posita, put mā ex qua facta sunt mēbra: φ tunc cerebrum foret creatū in loco infimo non in supremo. Dedit aūt cordi locum in medio vt possit competentius influere vitam in oīa mēbra. τ epar in dextro vt in calidiori loco exñs possit opa nutrimēti efficatius exercere. Et cerebrum in supremo vt sensus ab eo deriuari possent etiā a remotis habere noticiam. Et dixit Auic. post duas vesicas. s. vltimo generatas post pmam: supple τ ipsaꝝ impletionem τ generationē dictoꝝ trium membroꝝ pncipaliū inchoatam: penetrat ad exteriorē ptem humiditatꝫ. s. spmatice sparse. s. in matricem vel sparse. i. dilatate τ ampliate ꝑpter spirificationem τ vesicationē. ventositas. i. spūs ventosus mundans eam. s. humiditatem vt recipiat ꝑpter eam restaurationē ex matrice τ spū et sanguine. ex spū qdez quātum ad euentationē τ ex sanguine φtū ad restaurationē depditi τ nō solū recipit restaurationē ex sanguine sicut per alimentū reponens depditū. Sed etiā vt recipiat per ipsum augmentū. Alia littera hꝫ ventositas mundās eam τ ē melior mundans. i. diuidens τ sepans ipsa ventositas siue spūs ventosus ipsam humiditatē a medio vsqꝫ ad exteriorē ptem. i. pāniculum supradcm τ facit sibi viam. Et ista via quā facit spūs ventosus mūdans est via vmbilici per quā recipit embrio ex mā restaurationē a spū τ sanguine. euentat enim a spū recepto a matrice: et nutritur τ auget ex sanguine ex ipsa recepto. Et ideo sbdit Auic. τ creatur vmbilicus post istas tres vesicas τ ipsaꝝ impletionem. Est aūt vmbilicus coopculum circa venas quaꝝ pncipium ē ex matrice. Spūs enim ꝑueniens ad medium spmatis τ faciens pdictas vesicas mūdans penetrat vsqꝫ ad exteriorē supficiem eius τ facit ibi transitum qui dicit vmbilicus vt mediante hoc trāsitu recipiat alimentū τ mām restaurationis depditi τ humiditatis τ etiā spiritualis substantie. necesse est enim omne genitū dissolui τ deperditionez pati. quare eget restauratione depditi: τ φ valde paruū est in pncipio eget non solum restauratōe depditi: sed etiā augmēto. Et idcirco date fuerūt ei virtus restauratiua vt restauret τ augmentatiua vt augeat: verūtū nutrit τ auget ante creationez vmbilici per mām quam recipit mediante pāniculo supra dicto. Dixit enim Ypo. φ toto illo tpe descendens sanguis ad cōcauum matricis circulariter stat exterius circa pāniculū dictum τ simul cum spū per pāniculum. s. per meatū quē fecit spūs mundans in ipso panniculo attrahitur interius τ ibi stans coagulat τ auget qd debet. Est enim toto dicto tpe embrio tam paruus τ tam paruo indiget nutrimēto neqꝫ suspendit eo tpe: imo nō suspēditur ex matrice nisi cū foraminibus. i. orificijs venaꝝ terminatarū ad intrinsecā supficiem matricis: τ hoc ꝑpter attractionez mātrimenti. s. postφ non subit ei nutrimentū intrans p pāniculuz vel meatum pāniculi. Embrio enim non nutrit cū hoc pāniculo i vmbilico nisi cū panniculus in matrice suspendit. s. mediante vmbilico τ paꝫ nutrimentū est necessariū. s. ante suspensionez vmbilici. Est aūt totum tempus precedens formationem vmbilici sex aut septem dieꝫ. τ ideo Auic. 21ª tertij dicit φ in pmis sex vel septem diebus informat informatiua in embrione non appetendo aliud ex matrice. s. mediante vmbilico. sed post illud appetit τ ꝑpterea transacto dicto tpe vmbilicū format: dixit ipse pma pmi φ postφ duo spmata mixta fuerunt. φ non sunt sufficiens mā vt membra compleant venit sanguis menstruus ad locum generationis attractus a spmatibus dictis τ alteratur τ digerit τ fit nutrimētū

τ mā

Vide h φ cor format ex eo φ est subtile τ epar ex eo φ ē grossum τ cerebrum ex eo φ est flegmaticū.

Vide hic φ tertia vesica siue ampula que fit in generatiōe fetus est ex bono rabilissima pticula τ pncipalissima que ex alimento digesto τ purissimo fit.

Vide h φ vmbilicus in fetu ē coopculū circa venas quarum pncipium est ex matrice.

7 mẽ mẽbroꝝ embrionis. Cum tamẽ supradictus spũs penetrauerit ad supficiẽ spmatis creatis dictis tribus vesicis: primuz qđ creatur est panniculus circũdãs vesicas. vniuscuiusqꝫ eaꝝ enim fit pãniculus circũdans eam quo pãniculo formato cõplet᷑ creatio vmbilici. vmbilici tñ generatio cõplet᷑ ante generationẽ mẽbroꝝ pñcipalium. Et ratio est q: ad cõplementũ pncipalium requirit᷑ auxilium sufficiens mẽ ab extra. non enim sufficiebat mã p meatuz pãniculi. vt ergo haberet subsidium sufficientis materie oportuit informatiuam virtutẽ pus creare instrumentũ per qđ tale subsidium adueniret 7 tale est vmbilicus. Dixit Auic. q̄uis generatio vesicaꝝ membroꝝ pñcipalium precedat generationẽ vmbilici cõplementũ tñ ipsoꝝ membroꝝ pñcipaliũ postponit᷑ 7 fit post cõplementuz substantie vmbilici. Et dixit. 9° de aĩalibus. hoc ideo fuit propter duas cãs quaꝝ vna est sumpta a fine: 7 est q: ista mẽbra pñcipalia anteq̄ cõpleant᷑ requirit᷑ aliqđ de motu materie nutrimentalis ad ipsa. Nam statim ipsis constructis dñt nutriri. 7 cuz nutrimentũ fiat eis longinquũ fuit necessariũ aliqđ fieri qđ sit q̄si semita nutrimenti ad ipsa 7 tale est vmbilicus. Cum enim induratur 7 solidat᷑ embrio tunc dixit ipse fit cibacio eius p illud quod generat᷑ in poris eius. s. vmbilici 7 meatibus manifeste venosis. 2ª rõ sumit᷑ a potentia agentis. nã agens põt citius 7 plus sup productione membri non multum organizati quale est vmbilicus q̄ sup. pductõe mẽbri multũ organizati qualia sunt mẽbra pñcipalia. Qñ aũt dixit Ipo. tpe cõceptionis fiet. s. vlterius pcedens rursuz aliĩ pãniculi subtiles circũtendunt᷑ eo modo quo pmus 7 ex vmbilico 7 adinuicem ligamenta hñt. s. quibus colligatur fetus siue vmbilicus matrici. Et Aui. dixit q in pncipio. i. pus creat᷑ tunc. s. post generationẽ vmbilici est panniculus. s. secũdina per qđ dcm volunt qdam dicere q secundina generet᷑ in pmis sex vel septez diebus: sed hoc non esset consonũ superiori dicto Ipo. Et subdit Ipo. augent᷑ pãniculi fm q augetur fetus 7 supfluitates eius recipiunt. Et in membranũ subtile qđ supappositũ est embrioni. s. immediate. Dixit Gal. 15°. de vtilitate pticularum est suscipiens illud qđ est velut sudor 7 vocatur Auicius 7 huic ab extra subiacet aliud subtilius qđ alachayda vocant ad vesicam fetus pforatuz 7 seruat in seipso vsqꝫ ad partum illđ qđ est velut vrina fetus. His võ ab extra suppositum est corium. s. secundina totam submergens matricem abiura 7 vnusqꝫ tangant que subiacent: 7 per hãc mediantem copulat᷑ matrici fetus. Est enim in vnoquoqꝫ orificio puenientium intus matricem vasoꝝ per que 7 mestruũ ad eam ferebatur generat᷑ in tpe pregnationis aliud vas. s. arteria arterie 7 vena in orificio vene vt sint equalia numero ea que generant᷑ in orificijs eis que in matrice terminant᷑. Colligat aũt ea adinuicem subtile 7 forte membranũ ab extra coapplicatũ omnibus vasis 7 intrinsecis matricũ ptibus. Implantat᷑ enim hoc membranũ omnibus matricis partibus que sunt inter orificia duplex submissuz est: 7 quo explantat᷑ 7 coepcedit predictis vasis omnibus alterum duaꝝ partium indues vniuscuiusqꝫ mediam ptem 7 cohopimentum eius fit: 7 custodia 7 colligatio ad vtrasqꝫ membranas h̃ duplex membranum. Et subdit Gal. Paruũ aũt est vasoꝝ singulũ nullus pmo explantat᷑ a matrice sicut a radice arboris curui qui ad terram pcedunt. pcedentia enim modicum in idem adinuicem veniunt 7 ex duobus quoꝝlibet eoꝝ fit vnum. deinde rursuz eorum singlm pmiscet᷑ alteri homogeneoꝝ 7 fit sifr vnum 7 sic nõ cessant quousqꝫ ad duo membra colligant᷑ omnia illa parua que sicut stipites quidez implantant᷑ fetui per secundinam que est fm vmbilicum. Quattuor ergo dixit Gal. ibi sunt vniuersa vasa. s. due arterie 7 due vene. In illis enim homogeneoꝝ puenlentibꝰ sed semp qdem venis. vene 7 arterijs arterie ad idem accedentibus neqꝫ fm aliquã ptem implantat᷑ fetui vena vel arteria q̄ fm vmbilicum solum qui mediam regionem totius aĩalis obtinet et vene non cõueniunt ad aliud sed ptranseũt ad epar arterie alicubi transferunt᷑ q̄ ad magnam arteriam que a corde explantatur implantaturqꝫ vena ad sinum epatis 7 arteria ad portionem magne arterie que est in lumbis: Venas facile ẽ videre mox pꝰ vmbilicum ad idem in se inuicem venientes 7 facientes vnã: deinde membranis fortibus inductam simul 7 colligatam adiacentibus corporibus vnam venam illaꝫ vsqꝫ viã que est ad viscera. Ad principium enim venaꝝ fetus dicebat eam puenire pus: 7 deinde abinde vtiqꝫ distribui arterijs. Itaqꝫ dicebat ipsas ad arteriaruz pñcipiũ implantata. s. ad sinistrum ventriculũ cordis. Sed cũ longe a regionibus que sunt fm vmbilicum sit locatuz cor non erat tutum 7 impiculosum velut suspensas ducere per tantam viam. erat ergo melius per breuissimã ducere distantiaꝫ ipsas ad eas q̃ ex corde explantant᷑. Explantant᷑ aũt a corde arteria magna que supiacet fm moduꝫ dorsi totam eius longitudinẽ comprehẽdens. Ad hanc ergo oportebat anastemare 7 copulare arterias que a matrice ad fetum veniunt 7 copulant᷑ ei. deducere aũt eas apud dorsum ex vmbilico siue duas manentes siue duas fñtes vnam sup nullo organo in aliqua parte vie quiescere potẽtes cuz etiam q ab intestinis 7 renibus occuparet comprehendi hec regio rõnabiliter vitant. Adiacente aũt vesica complantatur fundus eius regionibus que sunt fm vmbilicum pmptum erat ascendere in ipsam arteriam 7 per totam eam velut super fundamento aliquo itinerare vsqꝫ ad magnã arteriam infallaciter pducuntur. Propter qđ aũt vena non ad gibbũ epatis sed ad sinum implantat᷑ est: qm̃ vas colere ibi implantatũ est 7 melius erat purgari sanguinem anteq̄ ad totum corpus distribueret᷑. pter qđ aũt hec vene facte sunt vna mox post vmbilicũ: arterie võ manent due. Ait qm̃ venis tutum fuit vnũ magnũ vas facere cõuenientibus vix possibilibus est semp q magis 7 etiam ad partem epatis implantari necessarium erat. Arterias võ sup vesicam infallaciter vehi debentes 7 non mox ad sinistrum ventriculũ cordis puenientis non erat necessarium fieri vnã. Et dixit Gal. pdcẽ due vene 7 arterie que sunt fm vmbilicũ sunt hñtes in medio ipsoꝝ vnicũ. s. poꝝ qui ex fũdo vesice extra mittit vrinã ad alachaydeum membranũ. Venꝫ ex superioribus ptibꝰ eius sunt vene. sursum enim eas ire mox melius erat versus epar. Ex inferioribus etenim arterie. etenim inferius 7 has ferri a lateribus vesice vehentes melius erat. Disposuit aũt natura alterutrũ par vasorum in idoneo loco: 7 pter hoc velut per stipites aliquos ex matrice trahit embrio sanguinẽ 7 spm̃. i. aerẽ. Inter hec võ oĩa dixit Gal. 7 vasa parua ad ipsam matricẽ implantant᷑: velut quedam radicatio est stipitum 7 noiatur corium. i. secundina hec radicatio multitudo extrĩs vasoꝝ nec numerari faciliter potentium membrano subtili copulatoꝝ: qm̃ igitur duplex est membranũ hoc: 7 ppt᷑ qđ dcm̃ est. per medium. n. illud ferunt᷑ vniuerse que sunt fm coriuꝫ vasa ligata simul 7 tecta ab eo. Alioꝝ võ duoꝝ. s. panniculũ fetus alachoydeum noĩatus qđ ad vesicam diximus confractũ eẽ fm vnicuꝫ ad susceptionẽ vrine pparatũ. Est aũt sic valde melius nõ fm pudendũ vrinare fetum sed sicut nunc habet fm branchũ. qm̃ aũt totũ ipm cõprehendit in circuitu membranũ noiatuꝫ animiũ aliam spẽm humidoꝝ suscipiens nõ erat rõnabiliter pmisceri cuz vrina. Euidenter enim patet illud qđ est fm alachoydeũ q cuz h̃ qđ est subtilius 7 magis zanctum eo q est fm animiũ adhuc acrius existit: vt 7 odoratum anxiet 7 pcutiat in coloribus. ergo membranum. Qđ igitur in sudoꝝ rõne fm animiũ aceruat᷑ in circuitu certum effusum est fetui nequaq̄ nocere cuti eius potens seorsuz aut abscessit 7 separata ab hac vrina neqꝫ cuti neqꝫ vene que fm coriũ sunt tangens ne vicinata ab eius acredine nocerent᷑. Vtilitas aũt eius est non nimia humiditas q fm animium pãniculum eleuatur enim 7 sursum currit velut natans in eo fetus vt nimis sit grauis in dependicijs que ad matricem ab hac mente: qm̃ 7 Ipo. dicebat. s. in afo. quecũqꝫ in vtero hñtes abortiũt bimestriẽ absqꝫ manifesta cã his cotilidones mucilagine pleni sunt 7 nõ pñt continere pregrauedine fetum sed abrumpunt᷑. Cotilidones aũt Gal. in cõmento afo. ipsius noiat spẽm vasoꝝ que ad matricis puenirint orificia. Et Ar. de cotilidonibus dixit 2° de generatione aĩalium q oĩuꝫ hidentantium quorũcũqꝫ matrix non vnã venaꝫ magnam ptensam hꝫ: sed pro vna spissas multas has in matricibus vocatas hñt cotilidones ad quas vmbilicus copulatus adnascitur. Et subdit cotilidones aũt augmentato embriõe 7 perfecte fiunt minores 7 in fine extermĩnant᷑ pfecte. Ad hoc enim pdisponit embrionibus natura sanguineũ alimentũ matricis sicut i vbera: 7 pter congregari fm modicũ 7 multuꝫ efflouitura 7 semel, la fit corpus qđ cotilidones noiatur donec igit᷑ minor embrio nõ põt multum accipere alimentũ manifeste sunt 7 maiores. augmẽto aũt concidunt. Et subiungens ad supradicta Gal. ait hoc autẽ sifr oĩbus ptingeret pregnantibꝰ nõ natãs in humido h̃ꝫ animiũ fetus leuior fieret 7 minus traheret᷑ apud matricẽ vasoꝝ pnexio. Quicũqꝫ võ leuiorẽ ipm pregnantẽ aũt fieri embrionẽ natando i humido q est fm animiũ decidendi orificia sunt ñ intelliges: qm̃ 7 ipm humidũ ad illa portat᷑. Aduenit aũt dixit Gal. 7 alia q̃daꝫ vtilitas his humidis cõis fiens fm parturitionẽ animalis. s. vt faciliter excidat a collo matricis q nascit᷑ humiditate multa eo perfuso 7 scissis necessario tunc membranis non. solum enĩ ad lubrificationem confert humiditas embrionis: sed 7 collum matricis promptum vt dilatet᷑ vsqꝫ pliuꝫ pparat. pfusum enim a predictis humidis melius fit 7 facilius dilatat᷑. maxima aũt demonstratio est huius: qm̃ obstetrices qñ repente simul effluxerit humidum cogunt᷑ imitantes nãm hic aliquas humiditates vt infundãt collum matricis. oĩa enim hec sunt facile inuenibilia a natura: 7 vtic̃ sicut dcm̃ est ad melius oĩbus que necessaria sunt. Itaqꝫ his humidis que circa embrionẽ necessariam hñtibus grauationeꝫ ad intrustabilem vehitionem fetus vasa est: 7 ad pmptũ excidentiã in partibus. Et dixit itaqꝫ aũt sunt subtilia 7 araneosa illa subtilia 7 araneosa. ista membrana vt si quis moderate tangit ea fm anothomias scindant᷑ faciliter. Quare aũt non scindunt᷑ currente 7 saltante pregnante vna: 7 hoc est ingeniatio nature scientis: qm̃ tenuibus corporibus possibilitatem auxilium est vnum maximũ ea que adinuicem applicatio. que enim ex lana vel alijs aliqbus pilis vt iuulis texunt᷑ 7 plectunt᷑ ex compositiõe fortia acquirunt seorsum vnoquoqꝫ paꝝ que quo aduenĩũt imbecilli nã existe. nõ ergo est mirabile si quattuor membrana subiacentia sibi inuicem foramen sibi ex compõne acquisiuerunt. Sed mirabilius est: qm̃ non solum supapplicata sunt adinuicem: sed etiam q multi ptibꝰ

Vide h̃ q generatio vmbilici compo'et an̄ generatiões mẽbroꝝ pncipalium.

Vide hic q secundina 7 alij duo panniculi augentur h̃ꝫ q augetur fetus.

Vide hic q q̃ttuor sunt membra que cõicantur matrici s꜔ due vene 7 due arterie: 7 q nõ cõicantur fetui nisi fm vmbilicum

Vide hic quomodo fit secũdina 7 a quibus causis fiat.

Vide h̃ quid sint cotilidones i matrice 7 q̃ generentur ipse fetus.

Vide hic quare non scindit᷑ matrix in muliere pregnãte ppter põdus ipsius fetus maxie currente 7 saltante muliere.

constringunt ⁊ in multis colligant subtilis imuloꝝ ꝓductionibꝰ venire ea volente vt possibile est. nam vt ꝙ singlm fortitudine carebit ⁊ seipso hec oia adinuicem acquirant ut ergo spatiositas tota matricis vacaret fetui ⁊ minus a grauedine molesteret ⁊ facilius in partu scanderent. subtilia vniuersa membrana opata est i fallaciam eis nõ ex grossitudine ⁊ duritie que grauedinē ⁊ angustationē difficilem scissionē in ptibus habuisset. Sed ex ea que ad inuicē cõiunctionē ingeniant. Que aũt sit nature ingeniatio ꝙuis porum habeat vesica ⁊ post parturitionē mingat per id aial ante tñ minime sed tota ad vmbilicũ ⁊ brãcum venit vrina. ingeniationem aũt hanc nãe ostendit opatio quã licet tibi in anothomijs inspicienti ꝓus sit aduenire cãmqꝫ eius. incidens enim pitoneon qd preiacet vesice. vmbilicum quidem suptende. qd vo in vesica cõtinet coprime cõprehendens manu ⁊ inuenies vrinã effluentem ad alachoydeum per porum qui est ꝯm vmbilicum: ⁊ etiam si cõpresseris rursum ipm alachoydeum implebis vesicam. Deinde rursus comprimens vesicam implebis: ⁊ te illud qd fit docebit: qm̃ ꝓpter magnitudinē ⁊ rectitudinē pori qui est ꝯm vmbilicum anticipat effluere hinc vrina. amplitudo enim que est ꝯm brancũ multiplex est. que enim ꝯm collũ. ea vo que ꝯm rectitudinē nec cõparere iustum est. Oblique enim est sufficienter vesice collũ rectꝰ vo certitudinaliter brãcus suptenso toto vmbilico ⁊ velut suspenso per vasa que sunt ꝯm corium ex matrice. Musculus aũt nullꝰ extrorsum positus est vraco custos intẽperance supfluitatꝫ effluxionis sicut in iam natis est qui circa collum vesice. nullũ enī tps idoneum fetui ad huius supfluitatis eiectionē sicut in iam factis.

Uide h ingenium nature ꝙ dũ fetus est in vtero vrina exit per vmbilicũ: dum vero est natus transmittitur ipsa vrina per foramen vesice.

calor ⁊ spūs penetrare. Et dixit in p̄mis sex diebus aut septem fit spumificatio. de spumificatione tñ dñt qdam in predict̄ diebus ñ pōt certum ferri iudiciuȝ: qꝛ in emissione .i. in aborsu: vesice ille frā gunt̄ ſm p̄lm: dat̄ tñ iudiciū de spumificatione eo ꝙ nō oēs ampulle spumificatiōis frangunt̄: sed alique remanent: ex qbus infertur ibi fuisse spumificatōeȝ: ⁊ post dictos dies natura incipit lineare: ⁊ cōplent̄ lineatiōes ⁊ puncta mēbroꝝ ortoꝝ a p̄ncipalibꝰ spatio trium dieꝝ sequentiuȝ ad p̄dictos .6. vel .7. dies q̄uis ipsis tribus diebus qñq3 possit fieri subtractio vnius diei ⁊ erunt duo dies: aut additio vnius diei ⁊ erunt quattuor dies: deinde i spatio dieꝝ sex sequentiū post predictos ita vt sint dies .15. a p̄ncipio facta lineatione penetrat sanguineitas in toto .s. illa que attracta fuerat ad embrionē ⁊ disponit̄ versus dispōnem ꝯuenientē gnātioni mēbroꝝ: ex ea nāq3 fit illud vnde creat̄ .s. illud qđ replet lineatiōes iā factas. Verūtñ qñq3 antecedit vno die vel duobus ⁊ erunt dies quattuor aut qnq3. Et qñq3 postponit vno die vel duobus ⁊ erūt 7. aut .8. Et postea in duodecim diebus sequentibus ꝑ illud .s. pꝰ illud .15. dies humiditas illa sanguinea .s. que repleuerat lineatiōes fit caro manifesta ⁊ iam discernūt̄ frusta carnis ⁊ membra tria sc3 p̄ncipalia manifestant̄ .s. completa: ⁊ iam separant̄ mēbra alia a contactu alioꝝ: ⁊ extendit̄ humiditas nuce per posterius a capite vsq3 inferius. Veꝝ qñq3 antecedit duobus diebus aut tribus ⁊ erunt nouem aut decem ⁊ silr qñq3 postponit duobus diebus aut tribus ⁊ erunt .14. aut .15. ⁊ post illud .s. dictos dies .27 nouem diebus sequentibus separat̄ caput ab humeris ⁊ extremitates a lateribus ⁊ ventre: ita vt discernat sensus in qbusdā eoꝝ .s. de mēbris exterioribus ⁊ sic sunt .36. dies a p̄ncipio ⁊ occultat̄ i qbusdā eoꝝ ita vt sentiant .i. discernant post illud .i. post illos nouē dies ea que occultabant̄: ⁊ hoc completis quattuor diebus post illos .36 ⁊ sic sunt a p̄ncipio .40. dies. Et tunc dicunt qdam embrio viuit vita sensitiua. Dixit Aui. postponit̄ tñ qñq3 totum illud raro vsq3 ad .45. dies. Dicūt ꝙ beatus Augustinus dixit ꝙ embrio primis sex diebus habet quasi similitudinē lactis ⁊ in sequentibꝰ nouem diebus ꝯuertit̄ in sanguinē: deinde in .12. sequentibus diebus consolidatur quasi caro ⁊ in alijs .18. diebus format̄ ꝑfecte ⁊ sic sicut 45. dies vnde versus. Sex in lacte dies tres sunt in sanguine trini. Bisseni carnem. triseni membra figurant. Et si bñ ꝯsideras beatus Augustinus concordat cum Aui. vsq3 ad generationem carnis: nam etiam Aui. 9° sui de aīalibus dixit. Embrio h3 se sicut sputum per sex dies: ⁊ post illos sex dies apparēt gutte sanguiee per tres dies ⁊ post illos tres dies per .6. dies ⁊ sic vsq3 ad .15. a p̄ncipio apparet sicut coagulatus sanguis. post v̄o .15. dies in .12. diebꝰ sequentibus fit quasi caro masticata vel cōtrita. post p̄dicta autē Aui. non ꝯcordat cum Augustino qꝛ Aui. ponit terminum figurationis membroꝝ .9. dieꝝ aut .13. vbi Augustinus ponit .18. Si g̃ bene consideras dicta auctoꝝ inuenies ꝙ minor terminus formationis prout dixerunt Ypo. ⁊ Aui. est .30. dieꝝ. ⁊ lōgior vt dixerūt Augustinus ⁊ Aui. est .45. dieꝝ. Et tam magna diuersitas potest sic saluari ex verbis Aui. nam si sumat̄ omnis minor numerꝰ datus supradictis dispōnibus ab Aui. apparebit ꝙ terminat̄ in .30. diebus. verbigratia. Sunt primi sex dies spumificationis: sed qa tempus lineationis qđ est triū dieꝝ pōt anticipare per vnum diē ⁊ sic erunt duo qui additi p̄mis sex cōstituent octo: ⁊ qꝛ tp̄s repletionis lineationis est sex dieꝝ pōt anticipare per duos ⁊ sic erunt quattuor tunc si isti quattuor dies addent̄ p̄dictis octo cōstituēt 12. a p̄ncipio. Et qꝛ tempus carnificatōis erit .12. dieꝝ ⁊ poterit anticipare per duos dies ⁊ sic fieri in .10. diebus si addant̄ isti .10. istis duodecim erunt a p̄ncipio .22. Et qꝛ tempus formationis mēbrorum erat .9. dieꝝ ⁊ potest anticipare per vnum diem ⁊ fieri in .8. diebus tunc si isti .8. addantur predictis .22. constituent .30. a principio in quibus erit fetus formatus ⁊ sic verificat̄ terminus formationis fetus minor. Et maior terminus pōt verificari sic si addatur sex diebus spumificatiōis tempus lineationis qđ est trium dieꝝ ⁊ postponere pōt per vnum diem ⁊ sic fieri in quattuor diebus: ⁊ si addāt̄ isti quattuor dies p̄dict̄ sex erunt a p̄ncipio .10. Et quia tempus repletionis lineatiōis qđ est .12. dieꝝ pōt postponere per duos dies: ⁊ sic impleri in .14. diebus. Et si isti .14. dies addun tur predict̄ decem ⁊ octo cōstituent .32. a p̄ncipio. Et qꝛ tempꝰ formationis membroꝝ poterat cū additione .4. dieꝝ fieri in .13. diebꝰ cum predict̄ .32. ꝯstituet̄ numerus .45. dieꝝ in p̄ncipio: ⁊ sic totius formationis fetus ⁊ sic verificat̄ terminus maior ꝙ si accipiantur numeri medij verificabit̄ terminus formationis fetus in tp̄e intermedio: ⁊ qꝛ istud tempus intermedium h3 latitudinem in q̄ pōt variari tempus formationis fetus .s. 35. aut .40. dierum apparebit ista varietas manifeste ſm varietatem sumptōis terminorum illas varietates computanti. Et verificant̄ p̄dicta de formatione maris. Formatio aūt femelle ſ3 Ypo. ⁊ Aui. fit in .10. diebus vltra formationem maris: ⁊ sic cum minor terminus formationis maris sit tempus .30. dieꝝ. ⁊ maior terminꝰ formationis maris sit .45 dierum ita minor terminus formationis femelle est dierum .40. Et maior terminus formationis maris est dierum .55. Et hanc opi. doctores asserunt veram fore. Dixit thomas non est credendum Aꝛ. voluisse ꝙ v̄a formatio femelle non sit ante quartū mēsem. Sed voluit dicere ꝙ si mittatur in aborsu femella ⁊ ponatur in aqua calida dissoluet̄ taliter ꝙ nō apparebit formatio eius. Et si ponatur in aqua frigida taliter coagulabitur ꝙ eius formatio ñ apparebit. Dixerunt quidā ꝙ vera formatio femelle est vt dcm̄ est per Ypo. ⁊ Auicen. veꝝ quia eius materia est humida ⁊ fluxibilis si abortiantur ante .4^m mensem in aborsu destruitur figuratio eius tanq̄ facta in re humida non tenent sigillationem. S3 pꝰ quartum mensem ita facta est aliqualis induratio ⁊ consolidatio membroꝝ per quā si abortitur retinet sigillationē ⁊ patet eius figuratio: ⁊ hec est vera intentio Arist. Dixit Jacobus de montecaluo se vidisse femellam aborsam in .3°. mense ⁊ nō erat in ea formatio membrorum extremoꝝ. Et vidisse aliā prope mensē .4^m aborsam nullam manifestam formationem habentē. Dixit Ypo. vbi supra non articulatur .i. non articulatus est infans ſm formas membrorum ipso aucto. ossa duriora sunt ⁊ cōcauantur .s. concauanda: ⁊ hec a spiritu fiunt. concaua aūt facta trahunt ad se a carnibus sanguinem pinguissimum ⁊ tex. est ramificantur ⁊ iam extrema ossium sicut aborsus extrema etiam ramificantur posterius ⁊ distant abinuicē digiti manuum ⁊ pedum ⁊ in extremis eorum generant̄ vngues. Dixit Aristo. 2° de generatione animalium disgregatio particularum .i. membroꝝ fit: quia superfluū femelle .s. materia generationis fetus potentia tale quale est natura animalis. insunt enim in ea particule i potentia. actu autem nulla est: ideoq3 non est mirandum si ex vna eademq3 materia tam varia membra generentur: potest etiam virtus generatiua ex vna eademq3 materia actu potentia: tamen valde diuersa omnia perducere membra ⁊ organa pro operationibus forme cuius ē agere ⁊ requisita. Neq3 quidem mirandum est ex tam parua sp̄mat̄ quantitate conceptum magnum fieri si excogitas plantā valde magnam ex minimo semine conuenienti produci. Habet enim spermatica potentia virtutem ⁊ potentiam ad se conuertendi superuenientem ei materiam: vnde Gal. 2° de virtutibus naturalibus ait. Membra generātur ex sanguine attracto ad sperma coalterato ⁊ assimilato spermati. Qđ autem ex spermate paruo fiat conceptus. declarat Auicen. 21° tertij cap̄lo de clausa siue velata vbi ostendens ꝙ ipsa potest concipere dixit ꝙ ipsius matrix aliqñ potest ad se trahere aliquid ex spermate: aut quia clausura fit rare texture: aut quia habet foramina: ⁊ l3 illud qđ attrahit sit modicū: tamen ex illo paruo potest fieri conceptus in principio etiā est quid valde paruum ita vt dicat Gal. eodem 2° de naturalibus vt non differat a milio si vis dicere a faba: sed postea in tempore conuenienti excrescit modo supradicto. Et ex superius narratis apparet ꝙ non omnis organizatio sensibilis presupponit opa vite tamen omnis organizatio animationem precedit non in fieri: sed in facto esse habet p̄mo suum esse cum forma introducitur. in illo enim in quo organizatio habet factum esse introducitur forma: ⁊ sic in p̄mo animationis materia generationis habet sufficientem molem ⁊ perfectam organizationem. Nam ⁊ si generetur sicut formica magna sicut in formica est sufficiēs molis ⁊ organizatio ita erunt ⁊ in illo corde. Dixerunt quidam ꝙ spiritus gignitiuus non producit animam per illud qđ essentialiter habet in se sed attributa soli ab extrinseco vt patet in intelligentijs ⁊ datur virtus spermati vt potentia extrinseca sibi ⁊ non vt forma actualis eius. Et ideo dictum Auic. quo dixit ꝙ quodlibet qđ fit in genere substantie non orbatum fit a sibi simili verificat̄ de p̄ncipali agente ⁊ non de instrumentali: ⁊ principale agens fuit pater ⁊ intelligētie: in germinibus ⁊ seminibus plantarum est aliud proportionabile patri eis celestibus datus.

¶ Quomodo aūt ⁊ quo tempore aīa introducatur in embrione varie fuerunt intentiones. Quidā enī dixerūt ꝙ cor viuit ante alia membra vita vegetatiua ⁊ sensitiua ⁊ habet embrio a principio aīam vegetatiuam ⁊ sensitiuā ꝑ quā nutritur augetur ⁊ sentit: ⁊ sic voluit ꝙ embrio humanꝰ fit ante introductionem anime intellectiue al̄ determinatum l3 imꝑfectū qđ tamen cōtinue est i ꝑfici: ⁊ qꝛ predicta anima: qꝛ producta ē de potentia materie exñs incorruptibilis in illo instanti in quo in ip̄m infundet̄ aīa intellectiua corrūpit̄ vegetatiua ⁊ sensitiua: ⁊ intellectiua continet vegetatiuā ⁊ sensitiuā in virtute. Et sunt alij q dixerunt ꝙ in embrione est vna aīa sola .s. intellectiua que pōt informare cor ⁊ dare sibi vitam ante alia mēbra: ⁊ sic pōt etiā informare quedā alia mēbra ante alia pꝰ cor. Et dicūt rōnabile videt̄ ꝓ tāto qꝛ sicut aīa intellectiua pōt corpore cōpleto informare cor nō iformando alia mēbra: ⁊ pōt informare quedā cum corde ⁊ quedā non vt clare p3 in morte in qua p̄ncipalia vltimo moriunt̄ ⁊ inter ea cor: ⁊ informat̄ ab anima qñ iam plura alia nō formant̄ ab ea ita ⁊ consilr in gnātione pōt informare cor ante alia ⁊ p̄ncipalia ante plura alia mēbra: ⁊ hoc dicunt non repugnat indiuisibilitati aīe intellectiue. nam ⁊ hoc consilr p3 in nutricatōe ⁊ augmētatōe ꝙ ipsa indiuisibilis exñs successiue pōt informare aliam ⁊ aliam mām ⁊ maiorē ⁊ minorem. Aꝛ. aūt dixit vbi supra ꝙ homo p̄us viuit vita plante: deinde vita sensitiua deinde intellectiua: quam auctoritatem quidam exponentes dicunt ꝙ ly prius nō dicit ordinē iductōis formaꝝ: h̄ est ꝙ p̄us inducat̄ aīa vegetatiua ⁊ postea sensitiua ⁊ postea intellectiua: s3 solū denotat ordinem ꝑfectionis hoc est

Vide hic dictū beati Augustini de esse embriōis in primis diebus post collectionem matricis super sperma in susceptione forme perfecte.

Vide h̄ tempus formationis femelle qđ differt a formatōe maris.

Vide hic qualiter non est mirandū si ex vna eademq3 materia tā varia mēbra generant̄.

Vide h̄ quō intelligit̄ auctoritas illa Auicē. Quodlibet qđ fit i genere substātie non orbatū fit a sibi simili.

hoc ē ꝙ omnes operationes predicte diuersificant̄ in perfectiōe ꝛ ꝙ operationes predicte vegetatiue sunt tāꝗ magis imperfecte ꝛ postea operationes sensitiue ꝛ vltimo intellectiue: ꝛ sic volunt ꝙ ab ipsa anima vna que est itellectiua oēs predicte operationes ꝓcedūt: sed ꝙ successiue manifestant̄ ꝛ ꝙ añ aīe itellectiue infusi onem oīa membra formantur ꝑus ꝛ successiue vt supra dictum est. Et dixit ꝙ operationes que vident̄ eē anime in corde ante ge/ neratioꝫ alioꝝ membroꝝ nō ꝓcedūt ab aliqua anima ibi pñtiali ter existente: sed sunt operationes spūs gignitiui spermat̄ q vt su/ pradictum est fuit virtualiter aiatus. Alij vero exponentes pdcā verba Ar. dicūt ꝙ cor viuit prius alijs mēbris vita seu aīa vege/ tatiua: deinde sensitiua deinde intellectiua quā dicūt fore vltimaꝫ ꝓpter sui pfectōem ꝛ cuꝫ queritur ab eis si cor ante generatioꝫ epatis nutritur ꝛ ante generatōeꝫ cerebri sentit ꝛ quō hoc esse pt Cū ad nutriri egeatur spiritu dearticulato i epate ꝛ ad sentire spi ritu dearticulato in cerebro. Rñdent ꝙ generās cor generat in eo venā ꝛ neruū venam quidem cū spū tali qualis erit spūs qui for mato epate veniet ab eo ad cor naturales operationes exercēs ꝛ neruū cum spiritu tali qualis erit spūs qui formato cerebro veni/ et ab ipso ad cor cū quo facit operationes sensus. Stat enim spūs gignitiuus cordi tanꝗ epar ꝛ cerebruꝫ ante ipoꝝ generatōeꝫ hēt eni illa virtute. Et dicūt ꝙ cor genitū nō generat alia membra vt iam qdam senserūt. Nā si cor generaret alia membra per suum spiritū: tūc in ꝓcessu aliquo organico mēbro absciso posset illud re generari. Sꝫ dicūt ꝙ spma cū suo spiritu gignitiuo generat alia mēbra ꝛ informat ea lꝫ pꝰ cor aliter nō essent oīa mēbra ideꝫ nu mero si haberent diuersa agentia. Et dñt ꝙ aīa vegetatiua ꝛ aīa sensitiua in diuersis tēporibus in mēbris diuersis introducit̄. vnd̄ in vno tēpore introducitur in cerebro ꝛ in alio introducit̄ in epe ꝛ i alio in alijs mēbris. Et cū dr̄ eis ergo vna aīa pluries reciperet esse. negēt lꝫ bñ cōcedunt ꝙ pluries recipiat eē in diuersis mēbris qꝛ prius est in vno membro ꝗ in alio ꝛ est vna in aīalibus pfectis In iperfectis vero nō. Dicūt ꝙ anteꝗ embrio habeat perfectaꝫ organizatōꝫ viuit aliquo tēporis spacio vita vegetatiua nutrit̄. n. ꝛ auget̄ ꝛ post hoc incipit sentire ꝛ viuit vita sensitiua. non tñ mo uetur ꝛ sic quousqꝫ pficiat̄ organizatio. deide cōpleta organizatō ne deus sublimis ꝛ benedictus creat animam intellectiuam hñ/ tē vtuteꝫ vitalē animalē ꝛ naturalem. ꝛ infūdit eam in corpus il lud organizatum. ꝛ hoc in terminis suprapositis ꝛ abide hac aīa corpus regitur ꝛ gubernat̄ in omnibus operibus suis cessantibꝰ quibuscūqꝫ agentibus preteritarum operatōnum ꝛ nō speres di xit Gal. 4ͦ de vtilitate particularū ex spermate ꝛ mēstruo eē pos sibile cōsistere aīal imortale ipassibile aut semp mobile aut splen/ didum ita bonū sicut sol est. Notāt ꝙ forma in generatis variat̄ aut ab agente aut a mā aut a loco generationis. Qd ab agēte va rietur nulli est dubiū. hoc enim mēbroꝝ corporis varietas decla/ rat ꝛ ꝙ varietur a materia pꝫ: nā ex cibis fridis ꝛ hūidis in corpe humor gener at̄ flegmaticus. Ex frigidis ꝛ siccis melācolicus ꝛ ex calidis colericus ꝓcreat̄. Ac insup notant ꝙ materia quedam occulta potētia aliqñ formas variat generatoꝝ: taurina etenī caro in apes mutat̄ asinina i vespes atriplex in ranas stercus mu carum in mētā. ꝛ aer infect̄ꝰ anhelitu putrido hominis in cimices cōmutatur. Locus vero dupl̄r facit ad varietatem personaruꝫ .s. naturaliter ꝛ accñtaliter. Naturaliter qdem qꝛ in regiōe vehe mentis friditatis friditate cōstringente ꝛ cōdensante animalia ꝛ terrenascētia minora ꝛ debiliora producūt̄ ꝛ ī calida tēperate ac cidit ecōtrario. Accidentaliter qꝛ i regōe vehemēter calida aper tis minimum poris multa fit materie resolutio spūuꝫ ꝛ nutrimēti cōsumptio. idcqꝫ in ipa homines ibecilliores reperiuntur ꝛ miores Et in regione tēperate frigida est ecōtrario reperire magnos ꝛ fortes. Dixit Aui. 21ͦ tertij. Sperma est ꝓm cōplonem generantis ꝛ cōceptus erit ꝓm cōplonem spermatis quare si cōplexio gene/ rans est sana sperma erit sanum ꝛ ꝯceptus sanus. Et ecōtrarius si fuerit infirma sperma erit infirmum ꝛ cōceptus erit aut morbi dus aut paratus morbos pati ꝛ hinc est ꝙ multe egritudines he reditant̄ in filijs.

Uide hic ꝙ for ma i gnātis va riat aut ab agē te aut a mā aut a loco gnātōis

Capꝫm. 17m de motu embrionis ꝛ tpe ptus in gnāli.

Ipocras in libro de natura fetus ait qñ extrema corporis ramificant̄ in vngues ꝛ capilli ramificati sunt vtiqꝫ ꝛ mouet̄ cor pus fetus. Et tēpus ad hoc sit masculo tres men/ ses. s. ad plus ꝛ femine quattuor menses. s. ad plus ꝛ sic enim pluribus accidit. Et subdit mouet̄ ante fetus masculꝰ q̄ē fortior femina ꝛ ante coagulat̄ qꝛ a grossiori ꝛ fortiori spmate fit. Et dixit Ypo. eodem loco quosdā puerorum ante tēpus hoc mo ueri. Aui. aūt dixit apud quosdaꝫ. s. apud Ypo. cū superuenit for mationi embrionis duplū eius in quo formatur idest tanto tēpo/ pore in quāto fuit fcā formatio mouet̄. Et dixit dr̄ ꝙ tēpus equa/ le medium ad formationē est. i5. dierum ꝛ tūc mouet̄ in. 40. die bus. Et qm̄ fortasse cadit in. 35. diebus raritas. s. formationis qꝛ. s. raro est ꝙ formet̄ fetus in. 35. diebus. s. quādo est. i. vtplm̄ est illud qd est plus de formatōe fetuū. s. 45. diebꝰ tūc motus eiꝰ erit. 90. die bus. Et dixit Aui. lenitas sensus embrionis accidit cum motu ꝛ sic dicūt quidam volūt ꝙ simul icipiat fetus sentire ꝛ moueri. nā dato ꝙ minor q̄titas caloris ꝛ spūs ꝛ organizatio requiratur ad sensuꝫ ꝗ ad motū. nō tñ primo sentit ꝙ ideo est qꝛ nimia hūiditas exñs ad tps motus ꝛ obtundit sensuꝫ ꝛ ꝓhibet eius sensationem Sꝫ qꝛ qd dicunt est cōtra illud qd dictum est in verbis superiori/ bus: ideo ex verbis Aui. sumitur sedatio huius dubitationis. Di xit. n. lenitas sensus idest perfectio simul incipit cū motu. sed cum isto stat ꝙ ante motum sentiat sed obtuse ꝓpter eius humiditateꝫ Et dixit Ypo. ꝙ mouebitur tunc embrio atqꝫ lac superuenit ma/ tri. mamille enīꝫ tūc eleuātur ꝛ pupille liuescunt. lac vero egredit̄ Et dixit feminis densaruꝫ carniuꝫ posterius lac supersignificat ꝛ euenit raro auteꝫ ante. Et dixit Aui. cū superuenit formationi em brionis dupluꝫ eius in quo format̄ mouet̄ ꝛ cum superuenit mo tui duplum eius in quo mouet̄ tūc ꝛ fetus nascit̄. Sꝫ de hoc infe rius tertio tractatu dicaꝫ ad plenum capꝰ de partu planum tamē est ꝙ embrio in matrice cōtinue quiescit ꝛ non mouet̄ nisi ad par tum vel ꝓpter violentiam aliam. s. illatam motu forti. Et ratio est qꝛ membra eius nōdū ad motiones sunt apta neqꝫ moueri eum oportet. Et est embrio in matrice manens ꝓtinus ab accidentibꝰ anime alienus. Dixit eni Aui. de virtutibꝰ animalibus prima pri mi ꝙ accidentia anime que sunt ira timor tristicia gaudium ꝛ silia horum principium est sensus ꝛ extimatio ꝛ virtutes cōprehendē tes sed certum est ꝙ embrio nō exercet hmōi actiones quare nec ꝑarū patit̄ accñtia. qd aūt dixit Albertus magnus quosdā ēbrio nes plorasse est hoc signum ꝙ est maliciosus ꝛ reprehēsioneꝫ me retur qꝛ passio que est risus ꝛ plāctꝰ nō insunt ēbrioni in vtero cū ad risum ꝛ plāctū ꝯcurrat motus pulmonis ꝛ aer attractꝰ per ipꝫ hoc aūt nullo mō pōt embrio facere in vtero. puer tñ natus incipit a plāctu ꝓpter offensionem quā pcipit: fūdit aūt post quattuor di/ es a natiuitate ꝛ nō ridet. tūc nisi in somno ꝓpter deliciā pceptam ex alimēto motu circa partes cordis ꝛ diafragmatis. De somno aūt ꝛ vigilia ēbrionis dixit Ar. 5ͦ de gnātione aīaliū. Dubitat qs vtrū a prꝰ gnātionis inexistat aīalibus vigilia aut somnus. Et vꝫ ꝙ somnus pmo qꝛ ꝓcedente etate aīalia sunt vigilantia magis. er go rōnabile ꝙ cōtrariuꝫ. s. somnus in principio gnātionis existat. Itē ꝙ trāsitus de nō esse ad esse fit per medium. mō somnus vꝫ esse tale velut viuere ꝛ nō viuere qꝛ dormire omnino neqꝫ est nō esseꝫ esse qꝛ viuere magis cōsistit in vigilando ꝓpter sensum ꝛ sic somnus videt̄ esse dispō media inter viuere ꝛ nō viuere. Et dicūt qdam ꝙ Ar. videt̄ velle ꝙ a principio creationis aīal neqꝫ vigilat neqꝫ dormit sed inest ei dispō que nō est somnus sed est si/ mile somno. Uñ inuit Albertus sup 9ͦ sui de aīalibus ꝙ somnus pōt accipi dupliciter. vno mō large ꝛ improprie ꝓ sensus imobili/ tate quacūqꝫ cā ꝓueniēte ꝛ alio modo ꝓprie ꝛ stricte. Dixit ergo Albertus ꝙ somnus inest prius embrioni ꝗ vigilia. Et dixit ꝙ sō nus iste est dispō similis dispōni aīaliū que sunt media inter predi tantia ꝛ plantas sicut sunt alia terre filioꝝ quibus insūt quedaꝫ principia sensuuꝫ sed sunt ligata ꝛ nō sunt vigilata ad opera ꝛ ita sunt in embrione. Et est dicta dispō siue somnus large supꝰ similis dispō ni plā tarū: viuūt. n. tūc vita plātarū embriones. In plātis at̄ nō est operatio sensuū sicut nec in ēbrionibus. De vero aūt somno qdā voluerūt verū somnū prius inesse ēbrioni ꝛ hoc postꝗ factus ē aīal ꝛ hꝫ sensuꝫ ꝗ vigiliā. Cuius signū est qꝛ videmus ꝙ pueri q cūqꝫ sunt iperfecti multū dormire cōsueuerūt ꝙ ēt patet per rāto nes suprapositas. Et insuper somnus verus dispō media iter sō/ nū nō ver uꝫ ꝛ opera sēsuū. Quidā vero alij de qbus fuit Gentil. dixerūt ꝙ vigilia prius inest embrioni ꝗ somnus vere ita ꝙ prius vere vigilat ꝗ vere dormiat. ꝛ rō eoꝝ est qꝛ vigilia vera est habi/ tus sed somnus verus est priuatio. mō verus habitꝰ antecedit ve ram ꝑuationē. Qd aūt ēbrioni insit vigilia pꝫ ex eo qꝛ videmꝰ ipꝫ aliqñ reuocare suos spūs ad opus sensus ꝛ motus pcipiendo an/ gustias matricis ꝛ ēt ꝓprias. Cōprehendit ēt vigilia in ouantibꝰ ex motu ipsoꝝ. Quō aūt ēbrio in vtero vtat̄ aere ꝛ cibo ꝛ inani/ tione ꝛ repletione superius dcā demōstrāt.

Uide hic ꝙ fetus mouet̄ in du plo tpis in quo formatꝛ ꝛ ita cuꝫ supuenit duplū eius in quo mo uet̄ tūc nascit̄

Uide hic ꝙ fetus a pncipio hꝫ gnātōis nꝫ vigilatꝫ dormit

Capꝫm. 18m de situ fetus in matrice.

Dixit Ypo. in libꝰ de natura fetus ꝙ puer ī ma trice exñs hꝫ apud mētū manꝰ ꝛ caput apud pedes ꝛ non est verum iudicare neqꝫ videbis in matricibus si puer habeat caput superius an in ferius. Et Aui. dixit fetus ante motū suum ad exitū est sustentatus. i. stat ꝛ situatur cū facie sua super pedes suos plan tis manuum superpositis genibus suis ꝛ naso ipsius inter ambo genua ꝛ oculos super ea ambo ꝛ colligit ea ābo ad anteriorē par tem sui. Et est posituꝫ collū ꝛ facies ad dorsum matricis eius de ferendo cor. Et cā huius situationis dixit Aui. est qꝛ hec ꝑparatio situationis dixit est cōuenientior ad cōuersionē faciendam. s. ptu ꝓm eni hūc situm facilꝰ fit fetui exire in partu super caput suum qm̄ egressio eiꝰ sic ē egressio melior vt ifra i8 ptu appebit ac ēt nā d tali situatione ꝓuidit qm̄ sic situat̄ꝰ fetus in matrice minoreꝫ de

Uide hic situ fetꝰ in matrice exñ tis ꝛ nō. rōnem quare.

cupat locum. Et dixit Aui. quidā tñ dixerūt ꝙ ista predicta prepa tio ⁊ modus situs nō est nisi masculi. sed preparatio faciei femine ꝺm cōtrarium est huius ꝑpationis.

Caplm. 19[m] de cā magnitudis ⁊ paruitatis fetus.

ARistotelis Intētio fuit ꝙ natura vniuersalis nō solū intendit generationē sed ēt corruptionē. sit eni gnātionem sine corruptione nō posse fore ⁊ per generationē intēdit spēm cōseruare. quare nō solū masculū intēdit imo etiā ⁊ feminā cū sine ambobus nō possit fieri generatio qua ꝓpter vt ꝓcederet ⁊ multiplicaret hūane speciei ꝓpagatio primi parentes semper ex eodem partu more columbarū marez simul ⁊ feminā genuerūt. Sz natura particularis semper generatiōez ⁊ nunꝙ̄ corruptionē intendit. Ideoqꝫ ait boetius de consolatione 2° Omne aliud tueri vitaz conatur mortē vero perniciemqꝫ deuitat ⁊ itendit particularis natura semꝑ masculū generare. Ideoqꝫ penes huius nature intētionē 2° de generatione aīaliū Ar. femellā orbatū masculum appellauit. Intētione autē nature vniuersalis ꝗuis masculus omnimode obediētē haberet mām adhuc qūqꝫ masculū qūqꝫ feminā ꝓcrearet. qm̄ nō ageret solū vt masculus sz vt regulatus vniuersali natura: sic itaqꝫ ꝗuis masculus semꝑ itēdat generare masculū qꝛ hꝫ se vt agēs ⁊ agēs semꝑ itēdit sibi assimilare patiēs. nō tñ semper masculuz generat resistēte sibi intentione vniuersalis nature ⁊ obedientia māe. Unde 4° de generatione aīaliū dixit Ar. ꝓncipiū āt primuz femellā fieri. s. ⁊ aliquādo fieri ⁊ nō masculum. s. semꝑ qꝛ hoc necessariū est nature: oportet eni saluari genus separatoꝝ. s. masculū ⁊ feminā. Nōstrum aūt dixit Ar. nō est necessariū ad eā que gratia huius est finis cā. Idō qꝫ. 9° cōtinentis ait Ras. figtur ꝙ nō sūt mares ⁊ femine ob calitatem. sed ꝓpter cām speciei. Idō etiā ⁊ 2° de gnātione aīaliū dixit Ar. sicut ex orbatis aliquādo qō femella aliqñ aūt masculus. volens aūt Ar. 4° ꝺ gnātiōe aīaliū ponē causas masculinitatis ⁊ femineitatis posuit differentiā inter marē ⁊ feminā. ⁊ differentia est qꝛ mas hꝫ virtutē agentē ⁊ digestiuā potētem. femina vō hꝫ eaz ībecillē. cuius ībecillitatꝭ signū dixit eē multiplicationez sanguinis humidi indigesti quē multiplicat femina. vnde ⁊ mēstrua habet nz ex multiplicatione sanguinis in femella arguit eius cōplō calida ⁊ fortis virtus digerere potēs: qꝛ talez cōplonem nō arguit multitudo sanguinis indigesti q̄lis est q in femella. Et ēt est alia differentia. dixit Ar. que sequit ex predicta. s. ꝙ masculus est cōplonis calide. femina vero fride ꝙ dictū qualiter debeat intelligi declaratum est in sermone primo de varietate cōplexionis ꝑ sexuz. Est ⁊ alia differentia ex parte mēbroꝝ: hꝫ eni masculus vt in superioribus patuit particulas quibus distiguit a femella. Et dixit eodē 4° cōuenit ꝙ non dominet aliquādo mas aut ꝓpter iuuētutem idest adolescētiā vel pubertatē aut ꝓpter senectutem aut aliquam aliā cāz talē necesse est fieri famolochiā in animalib⁹ qñ principium hinc oportet sumē. digestibili eniz existente superfluitate spermatica motus in mēstruis ꝺm se faciet formaz masculi quare dominās quidē masculū faciet ⁊ assimilatū generanti. s. pater ⁊ non mater. nō obtinēs aūt ꝺm quācūqꝫ obtinuerit ꝟtutem defectum facit ꝺm seipm. Dico aūt vnāmꝗ̄qꝫ virtutē hoc mō. generās eni nō solum masculus puta thorustus aut sortes ⁊ nō solū thorust⁹ sed ⁊ homo ⁊ hoc vtiqꝫ modo hoc qdem ꝓpingus hoc autē remotius exiuit generāti ꝺm ꝙ generās. Aui. aūt ponēs cās masculinitatis. 21° tertij dixit. Cū ad cor fetus antecedit cōplexio masculina idest quādo cōplexio est masculinās ⁊ est illa que hꝫ ꝓportiōz debitā ad robur sue virtutꝭ antecedit ad cor fetus idest ꝑest in vesica ex qua cor dꝫ fieri ita ꝙ cor genitū hꝫ cōplexionē masculinantē quia fortē ⁊ potētē supra materiā que vocat cōplexio masculina ꝓpter similitudinē potētie quā habet masculus supra femīe potentiā. Cum cor genitum mō supius dicto generat oīa mēbra ⁊ ipsum sic potēs influit in oīa mēbra generanda potēter ⁊ per consequens in mēbra generationis nō īpedite nec ꝓhibite: tunc est. s. fetus cum masculinitate assimilatus patri suo. qꝛ. s. est masculus. Uel vt quidā dicunt nō solum est masculus sed in substātia q̄tita te ⁊ figura erit similis patri. Dixit aūt Aui. cū ad cor ⁊c. vt daret intelligere ꝙ cū ad cor fetus antecedit ⁊ preest cōplexio feminīa idest impotēs supra materiam ⁊ fluit sic īpotenter īpedite vel prohibite supra membra generanda: erit tūc fetus in femineitate sua qꝛ erit similis matri ⁊ erit femina. ⁊ hāc cām dixit Aui. esse cāz dictarum dispōnū per se. Dicūt qdam ꝙ ꝓncipium distinctionis sexus est in corde sed cōplemētū est in mēbris genitalibus. Mōus enim ⁊ operatio cāꝝ maris ⁊ femine in corde inchoat: sed terminus est ad mēbra genitalia. Et sic voluit Ar. post verba eius supposita. s. ꝙ que habēt predictas differentias. s. fortitudinis vel debilitatis virtutis cordis habent ⁊ diuersa organa. Sunt autem ⁊ alie cause masculinitatis ⁊ femineitatis accidentales que etiaz possunt īpedire cās agentes per se sicut verbigratia est locus matricis. Uñ Ipo. in affo. Mares quidē in dextris: femine vero in sinistris magis. Et Ar. 9° de animalibus dixit masculus in dextra

Uidē hic ꝙ ꝑticularis nā sꝑ itēdit masculū gnāre

Uidē hic ꝙ mascul⁹ ē ꝯplonis calide ⁊ feīa frigide

matricis generatur: femina vero in sinistra ꝺm plz. Et dixit Ga. dixit 6° de interioribus masculi frequēter cōcipiuntur in latere dextro matricis ⁊ femine in sinistro ⁊ raro cōtrariū accidit: qm̄ ipse dixit vt 9° ponitur cōtinentis. Nos apuimus pregnātes plures ⁊ inuenimus mares ꝓ maiori parte in latere dextro. Et Auic. dixit quandoqꝫ est cā masculinitatis preter cōplexionē patris sui. s. quāuis nō fuerit cā eius cōplexio patris sui imo ⁊ vacuitas matricis idest cōcauitas eius. s. dextra vel sinistra vel vacuitas matricis. s. illud qō ad concauitatez matricis peruenit vel illud qō in ea repitur. nā cū cōcauitas matricis erit mūda ⁊ vacua superfluitatibus indigestis nō obtūdētibus cōplexionis masculine actionē tūc erit potēs inducere masculinitatē supra ⁊ econtra cū nō fuerit mūda Et sunt qui hāc superfluitatē referunt ad sperma siue ad mēstruuz mlieris īdigestū vl dig[m]: nā cū spma masculinū aduenerit ab eius mēstruo siue spmate eius indigesto matricē mūdā: tunc causat masculinitatem. ⁊ ecōuerso si inuenerit eam plenā menstruo siue spermate indigesto causabit feminā: nā dato ꝙ in corde fetus sit cōplexio feminina antecedens ⁊ presit ei. Si tñ inuenerit matricez mūdā ⁊ vacuam ab omni materia indigesta licet de se ⁊ de ꝑ se debeat inducere femineitatez inducet masculinitatem ⁊ faciet masculū. Et cōplens Aui. ꝺmonē de causa masculinitatis ⁊ femineitatꝭ dixit cā masculinitatis est sperma viri. s. vincens super sperma mulieris ⁊ caliditas eius ⁊ abundantia ipsius ⁊ conuenientia coitus in hora mūdificationis mulierum. Et ꝓuocatio spermatis ex dextro testiculo qm̄ est calidius ⁊ spissioris substantie ⁊ sumit ex rene dextro qui est calidior ⁊ altior ⁊ ꝓpinquior epati ⁊ similr quando cadit in dextra matricis: ⁊ cōsimilr est sperma mulieris in ꝓprietatibus suis. s. qꝛ sit vincens super sperma viri ⁊ sit caliditas eius ⁊ abundantia ipsius super illud ⁊ conueniētia coitus in hora nō mundificationis matricis ⁊ sit ꝓuocatio spermatis ex testiculo sinistro ⁊ sit cadens in parte sua. s. in sinistra parte matricis Et subdit Aui. ⁊ regio frigida ⁊ tp̄s ⁊ ventus septentrionalis adiuuat ad masculinitatem ⁊ contrariū ad contrariuz. Et similiter etas adolescētie absqꝫ pueritia ⁊ senectute ⁊ dicūt quidā ꝙ si currit sperma ex dextro viri testiculo ad dextruz matricis masculiat ⁊ si ex duobus sinistris feminat. s. si cadat ex sinistro testiculo viri ad sinistrum matricis. Et ꝙ si currit spma ex sinistro testiculo viri ad matricis dextrū erit femina masculina. Et si ex dextro testiculo viri ad sinistrū matricis erit masculus feminens. Dixit Rasis 9° cōtinentis auctoritate Rabi vir generabit masculū si fuerit in amore ⁊ abūdātis spmatꝭ ⁊ mulier fuerit modici spmatis ⁊ h accidit post mēstrua: qm̄ quādo mulier emittit mēstrua diminuitur sperma eius: ⁊ post dies similiter aggregat sperma eius. Et si coitus fiat post mūdificationē de mēstruis erit īpregnatio ꝺ masculo ⁊ ꝓprie si mulier fuerit pauci spermatis radicitus. Dixit. A. dixerūt quidā de illis qui prudentes sunt ꝙ īpregnatio a die ablutionis. i. mundificationis ꝑfecte a mēstruis est cum masculo vsqꝫ ad qninqꝫ dies ⁊ est cum puella vsqꝫ ad octo. s. in tribus diebus post illos quinqꝫ. deinde ē cuz masculo vsqꝫ ad vndecimū. Deiñ est cum hermofrodito. i. indifferens. Dixit Ar. Iuuenes. i. puberes vel adolescentes femellas magis generāt his qui in statu sūt idest vere iuuenibus. ⁊ senescentia maxie. s. generāt femellas his quidem. n. s. puberibus nundum perfectū est caliduz: his autem scꝫ senescentibus deficit scꝫ calidum ⁊ humidiora corpora scꝫ imbeciliora famelica magis sunt ⁊ spermata humida. Omnia eniz nec sunt propter indigentiam caloris naturalis ⁊ borealibus quidem magis masculinatio q̄ australibus quare ⁊ amplioris superflui amplius autē superfluum indigestibilius ꝓpter qō masculus quidem humidius sperma est mulieribus vero mēstruorum scꝫ ergo humidior est. Et subdit Dicunt autem pastores differre masculogenia non solum si cōtingat fieri. s. conceptū borealibus aut australibus sed ⁊ si coitum passa respiciat ad austrum vel boreaz sicut si modicam inclinationē quādoqꝫ tamē fieri caliditatis aut frigiditatis. hec eniz. s. generationis sunt cause. Et subdit circa masculigeneam differt regio a regione ⁊ aqua ab aqua ꝓpter easdē causas quale eni alimētum fit maxime ⁊ corporis dispositio ꝓpter cōtemperantiam ministrantis aeris ⁊ ingredientium maxie aūt ꝓpter aque alimentum hoc etiam in succis ꝓpter qō ⁊ glatiales aque ⁊ frigide hec quidem sterilitatem faciunt: hec vero femellegeneam. sic ergo in supradictis verbis Ar. notificat quinqꝫ signa ad denotandum ꝙ masculinatio acquirit per perfectionez digestionis prius habitam ⁊ sic per caliditatem digerentem: ⁊ feminatio acquiritur per idigestionez ⁊ frigiditatem bene digerē ꝓhibentem. Et primum signum est ꝙ pueri ⁊ puberes ⁊ primū generare incipiētes ⁊ similiter senes quibus sunt impotentes ꝟtutes digestiue generant feminas. Iuuenes vero habentes digestiuam potentem generant masculos. 2[m] signu z est ꝙ corpora humida ⁊ laxa multiplicant feminas ꝓpter debilitatē digestiue ipsorum. corpora autem non humida ⁊ robusta generant masculos ꝓpter potentiam digestiue ipsorum. 3[m] est ꝙ sperma humidum aquosum scꝫ generans generat feminas quia tale sperma ꝓcedit ab indigōne. Sperma autē grossum globosum generat masculos quia est perfecte digestum. 4[m] signum est ꝙ habitantes in regione

Uide hic ꝑtes ex cāis masculinitatis ⁊ bñ

Uide h ꝙ īpregnatio q̄ fit vsqꝫ ad qnqꝫ dies p⁹ mūdificatōz a mēstruis est masculi

gione vel ciuitate vel loco quem perflat auster generant feminas q: in tali ciuitate seu regione multiplicat̃ humiditates indigeste. habitãtes in ciuitate quã perflat boreas generant masculos q: boreas facit ad exsiccationẽ superfluitatum ⁊ cũ hoc vniendo calorem naturalem in interioribus facit ad bonã digestionem. 5ᵐ signum est q aque frigide seu glatiales sumpte in potu debilitant digestiuam vel phibent generationem vel faciũt generare masculos femincos vel femellas. Dicunt q ad inducendum causam masculinitatis ⁊ feminitatis. Ar. presupponit tria. 4° de generatiõe aialium. Primum est q omne qđ fit fit ex materia determinata pmo phisicoꝝ. 2ᵐ est q omne qđ fit fit ex aliqualiter ꝯtrario sibi. 3ᵐ est q omne agens in mãm sibi cõtrariam si nõ põt perfecte vincẽ illam educit effectum cõtrarium sibi agenti: ⁊ si pfecte eam vincit inducit effectũ sibi similẽ. Ex his sequit̃ q spũs gignitiuus agẽs in determinatam materiam aliqualiter sibi cõtrariam subiectam pro generatione si põt eam perfecte superare assimilabit sibi effectum ⁊ sic cũ hoc agens sit masculinũ inducit masculum. Si autem ipsam mãm nõ poterit superare perfecte inducet effectum cõtrarium. s. feminam. Est eni dixit Ar. cõtraria femina masculo. Dixerunt quidam q vltra potẽtiam vel impotẽtiam agentis vel inobedientiam patientis varietati sexus assignant̃ cause particulares quarum plurime dicte sunt in verbis Ar. ⁊ Aui. supascriptis. Et ex eis sũt qualitas spermatis ⁊ ẽt sperma calidũ ⁊ globosum masculinat ⁊ cõtrarium femininat. ⁊ quantitas spermatis. Et enim sperma abundãs masculinat q: in maiori quãto est maior virtꝰ ⁊ paucum feminat. Et ppterea rusticorum quidam cum volunt generare masculos ligant sibi testiculũ sinistrum vt exeat sperma solum ex dextro ⁊ ligant dextrum cũ volunt generare feminam. Et menstruum cum fuerit calidũ ⁊ spissum facit ad generationẽ masculi ⁊ frigidũ liquidum econuerso. Et ex eis est regimẽ in sex rebꝰ nõ naturalibus declinans ad calidum ⁊ siccũ: q: facit ad masculinitatem ⁊ cõtrarium ecõuerso. ⁊ cõceptio facta luna existente in sigꝰ masculino facit ad masculinitatem ⁊ ecõuerso. Et scias dixit Ar. q omnes pdicte cãe possunt reprobari sumpte sm vnãquãq: sed oportet omnes simul aut plures earum cõcurrere. Vñ dixerunt aliqui q si oẽs iste cãe cõcurrunt ad masculinandum erit genitꝰ nõ solum masculus: sed ẽt vere masculus q: hẽbit oẽs cõditiões requisitas ad verã masculinitatẽ. De pilositate corporis voce grauí audacia ⁊ alijs q: erit masculus robustus nõ cõicans in cõditõnibus femelle. Si vero nõ omnes sed tñ plures cõcurrerint erit masculus genitus. sed tñ deficiet in aliquibus cõditionibus a vera masculinitate ⁊ accipiet aliquas de cõditõibus femelle. Et sisr erit si omnes aut plures concurrerint ad feminãdũ. Et ppter hãc varietatem causarum est reperire aliquos vere masculos ⁊ aliqs qui licet sint distinctione mẽbrorum masculi: sunt tamẽ in conditionibus velut femine cũ latitudine tñ valde magna in pluribus ⁊ paucioribus cõditionibus femineis cõcurrẽtibus. Et similiter est reperire ecõuerso ð femis aliquas vere feminas ⁊ aliquas qua lz distinctione mẽbrorum sint femine: sint tñ in cõditionibus velut masculi cũ latitudine in plus ⁊ minꝰ ⁊ sisr ẽ repire hermofroditꝰ

Vide hic quõ si sp̃ma masculi ẽ potens supare mãm gignit masculũ si vero ñ feminam

Vide hic q lz videãt̃ aliq masc. lz q̃ ad sexũ masculi sit tñ i alijs fẽie ⁊ ecõuerso

Capᵐ. 20ᵐ de causis masculinitatis ⁊ femineitat̃.

DIxit Ipocras in libro de natura fetus. Masculus fit de spermate grosso solido. Alit. n. Rasis 9° continentis dico ingrossat̃ sperma ex pauco coitu ⁊ pauca inebriatione ⁊ sumptio rerum calidarum vel siccarum ⁊ alias grossarum ingrossat sperma licet pauca. Expedit ergo vt inspiciatur sperma viri ⁊ si ẽ tenue inspissetur donec fuerit cõueniens. Et dixit Ipo. si volueris q mulier pariat masculũ curandũ est q vir cum muliere vna calefiãt. Et ait Rab. vbi supra dico q nõ debent cõiungi in ipsa vice. Sz qñ mulier appetit ad coitum nec debent superabũdanter in potu sumere aquam. sed vinũ modice cũ vinũ attenuet sperma: nec debent inebriari oio. nec vir debz coniungi cum ea dum fuerit calefactus ex potu vini neq replet̃ sed in tempore quo fuerit letus leuis persone declinãs ad famem ⁊ curandi sunt simul cum regimine calefactiuo ⁊ nutrimẽtis filibus ⁊ cũ clisteri calefactiuo ⁊ emplastris ⁊ vnctionibus calefactiuis pfecte. Et dixit mulier que emittit spma post. 32. diem pere dz masculum. sed si post. 43. parere debet feminã. Et ait Rab. dico q q̃to velocius emittit sperma tanto magis significat̃ q p° eius est calida ⁊ hoc significat q in plurimo debet parere masculos. Alsaharauí aũt in 2° scribit̃ cõti. ait si mulier vtit̃ coitu in primo die sue imũdicie ⁊ lauationis cõcipiet masculum ⁊ in. 5° feminã ⁊ si i 8° masculum ⁊ si in 9° feminã ⁊ si in. 10° masculum. ⁊ si in. 11° vtrũq. serum. Dixit. A. 21° tertij dz vt calefiat vir ⁊ mulier cũ aromatibus. s. calidis sumptis ⁊ fumigatione cum eisdem ⁊ cibis. s. calidis ⁊ potu metridati ⁊ cum suffumigationibus. i. suppositorijs ⁊ pessarijs ⁊ cum clisterijs ⁊ vnctionibus calefactis amboꝝ. s. viri ⁊ mulieris. Et scias q hãc curam Auic. dirigit cõtra causam que vt plurimum accidit q: vt patuit vt plurimum contingit q cã non masculinandi est frigiditas ⁊ humiditas reddens sperma ⁊ menstruum mulieris inabile ad recipiendum masculinitatem. Et ppterea scias q ista cura nõ semper cõueniret imo in casibus nocet vt qñ sperma viri superfluũ foret spissum ⁊ mẽstruũ mulieris superflue calidũ. Et dixit Aui. remouendo dubiũ q quis posset sic mouere. Tu dicis q nõ solũ vir sz etiã mulier calefiat. Cõtra q: tunc reddet̃ sperma mulieris potens ⁊ calidum ⁊ sic q vicat sperma viri vel non vincat̃ ab eo. sed cũ vincit aut non vincitur tunc vt quidam dixerũt generatur femella non masculus. Et qdam dicunt q de sic dicentibus fuit Gal. ex eo q voluit q sperma mulieris actiue concurrat ad generationem ⁊ nõ passiue tñ: hoc autẽ remouens Aui. dixit non auscultet̃ iste qui dicit q oportet q mulier sit debilis spermatis ad hoc vt generet̃ ex eo masculus immo oportet vt sit spissi spermatis ⁊ fortis ⁊ q sit puella. s. accedens ad iuuẽtutem vel puella quo ad operationes naturales. i. q habeat operationes naturales fortes. hoc eni sperma dignius est vt suscipiat masculinitatem. verum nõ oportet vt deficiat a spermate femine sperma masculi. sed debet esse fortis in hoc cap°. Et dixit Aui. dz vt dimittat coitũ. s. vterq ad tẽpus ita q nõ nimis frequenter vtãtur coitu ⁊ nõ recedant ab eo omnino. imo neq per multum tempus quare corrumpat̃ sperma. Et oportet vt dixit Aui. q nõ multum vtat̃ potu aque imo bibãt de ea paulatim. i. paucum ⁊ cibentur cibis fortibus calefacientibus Et postq̃ vsi fuerunt ad tẽpus regimine calefaciente predicto. dixit Aui. oportet vt vir experiat̃ sperma suum ⁊ dum permaneat tenue ⁊ aquosum sciat q necessitas ad curationem remanẽs est quare iterum psequatur ipm regimen ⁊ cum ingrossatur idest incipit ingrossari sperma. expectet post illud aliquibus diebus vel octo vel decem ⁊ pcedat in eis cũ dicto regimie donec confortet̃. s. sperma eius ⁊ aggreget̃ ⁊ ingrossetur ⁊ inspisset̃ sufficienter vt sit sm modum supradictum de spermate plifico. deinde cõueniat cũ muliere modo dicto in loco aromatizato aromaticis calidis sicut cũ fumigatione mirre pmo ⁊ 2° cũ musco ⁊ croco ⁊ xiloaloes indo crudo remotis omnibus aromaticis frigidis sicut camphora ⁊ similibus. ⁊ sint in leuiori dispõne corporis ⁊ animo meliore ⁊ domo delectabiliore. ⁊ cogitatiõe de masculis fortibus habentibus robur ⁊ audaciam: ⁊ appõnãt oculos suos formis masculorum eorum maxie que sunt excellẽtis creationis ⁊ formosi forma pulchra ⁊ gloriosa. Amplius plura oportet adducere ad capitulum istud ex his que dicta sunt i cãis masculinitatis. Dixit michael scotus eligitur coitu causa ꝯcipiendi masculum luna existente sub signo igneo vel aereo ⁊ regnãte vento subsolano vel borea. ⁊ cã cõcipiẽdi feminam luna existente in signo terreo vel aqueo regnante austro vel zefiro ⁊c.

Vide hic qs potus ⁊ cibus sit vtẽdꝰ vtriq p cõceptiõe masculi

Capᵐ. 21ᵐ de pluralitate fetuũ ex vno coitu.

ARistotiles decimo pbleumatum problemato 2° quesiuit ppt quã cãm fiunt gnani: ⁊ gnani sunt qui pnimia eorũ puitate habent latitudinem ⁊ pfunditatem fere sine lõgitudine. Et vniuersaliter quesiuit ppter quid quedam omnino magna: quedã vero parua. Et soluens dixit duas fore causas. s. locum ⁊ nutrimentũ. Nã locus ẽ cã paruitatis si fuerit angustus ⁊ nutrimẽtũ si fuerit paucum ⁊ hoc in exemplum patet qm homines de aiali genito vt catulo conãtur ipm paruum facere coangustando ipm in loco paruo ⁊ minorando alimentum dando solum q̃tum necessarium est ad vitam non autem ad augmentum. iõ dixit Ar. quibuscũq locus cã paruitatis est tales efficiunt̃ pigmei. ⁊ similiter qui ab ipsis generant̃: qm nati adipiscũtur longitudines ⁊ latitudines sm magnitudinem generantium eos. Pigmei sũt aialia brura hoĩni similia ⁊ nostro idiomate vocantur babuini ⁊ sunt extẽsi ad longitudinẽ cubiti quare a quibusdam cubitales homines vocantur. tibias tñ ⁊ brachia longa habent cõparatione aliorum mẽbrorum ⁊ a quibusdam phicina thi dicitur. hi in cauernis habitant ⁊ equitantes equos paruissimos cum gruibus ⁊ ciconijs prelia cõmittũt. Vñ 7° de historijs Ar. ait grues permutant̃ ex cliptcis cãpis ad superiores paludes egipti vnde mel fluit ⁊ iste locus est quẽ pigmei habitant ⁊ nõ est hoc falsum sed verum. quos dico non esse homines licet eis similentur: nõ enim pricipãt ratione nec vsu cũ ipsi non apprehendant bonum a malo verum a falso neq habent verecundiam nec honestatem neque iustitiam colunt neque iudicium rei exercent: in multis tñ imitantur homines habent enim loquelam ⁊ sermonem lz imperfectũ ⁊ ppter bonitatem imaginationis prealijs animalibus multa ex vmbra rationis operantur. Et dixit Aristo. ibidem q quicunq fiunt parui ex indigentia nutrimẽti imperfecti sũt virtutibus ⁊ membra puerilia vident̃ habere. Et subdit quosdam homines est videre paruos vehemẽter ppter defectum nutrimenti: sicut sunt malo ⁊ pauco vtentes nutrimẽto. Et quosdã est videre nõ omnino paruos sed mẽsurate ⁊ sunt q non vtuntur ita modico ⁊ paruo nutrimento vt predicti. Cã dictorum est q: sicut est locus ⁊ nã facit. operat̃ namq nã sm dispõnem loci ⁊ loci virtutem. cum sit locus maximum generatõis ⁊ trãsmutationis pncipium. per qđ dicta est patria principium generationis q: est si

Vide hic q due sũt cãe ⁊ potẽtie ⁊ magnitudis fetꝰ. s. locus ⁊ nutrimentum

cut pater ꝓpter qđ dixit Ipo. in libro de lege nostra natura est q̄lis est regio. Et Ar. in libro de inspiratione ꝛ respiratione ait nāe medium .n quo loco sunt tales existentes existunt. Et primo de plantis d ixit Ar. venenum pernitiosum est natum in persia. trāsplantatum autem in egipto ꝛ israel factum est commestibile sicut etiam recitat Galie. 6° de accidenti ꝛ morbo. Dixit Rasis 9° cōtinentis auctoritate Rabi breuitas longitudinis ꝛ longitudo ꝑfecta embrionis fit ex angustia matricis ꝛ largitate eius ad mōuz citri qui ponitur in fialia magna ꝛ parua. Et ex paucitate spmatis ꝛ abūdantia eius ꝓpter que dicūt q̄ genita suarum materierum naturam sequūtur. Ex multa naq̄ mā ꝛ forti virtute magna genita ꝓducuntur ꝛ pauca grossa ꝛ spissa grossa genita ꝓducunt᷑. Vñ dixerūt q̄ ex q̄titate vel solida vel ligda ꝛ ex subtili solida vel mollia ꝛ liquida genita ꝓducunt᷑. vñ dixerunt q̄ q̄titas insequitur materiam ꝛ qualitas insequit᷑ formā. ꝛ mater ƀm Ar. dat in generatione materiam nutrimēti. hīc est q̄ in quantitate genita ƀm plurimuʒ matribus assimilantur ꝛ ex puis matribꝰ vtplʒ nati sūt parui ꝛ ecōuerso. In qualitatibus aūt nati ƀm plurimum similes erunt patri. Dixit Aui. 2ª tertij Cā in staturis .s. magnitudinis ꝛ ꝑuitatis quandoq̄ est diminutio que est eis ꝓpter paucam mām ī ꝑmis idest in primis ꝑncipijs mālibus gnātionis. Aut est propter paucitatem nutrimēti apud creationem idest apud factam conceptionem quare nō sufficit ad cōueniens augmētum: aut est ꝓpter paruitatem matricis q̄re nō inuenit fetus dilatationeʒ in ea sicut accidit fructibus cuʒ ponuntur in formis cū sint adhuc immaturi q̄re nō fit additio super eos. Ptolomeus autē in cētiloquio verbo 52° ꝛ 53° dixit paruitatem cōtingere ex cā superiorum ꝓpter qđ aūt magis masculus femina fit nanus: quia mā ex quā generat᷑ femina ꝓpter eius humiditatem magis est apta omniquaq̄ extensioni informatiue virtutis ꝛ q̄ minor est femina ꝛ in creatura masculo. qđ ꝓpter aūt bruta nō ita nanescunt vt homines est q̄a brutorum principia acutiora ꝛ magis extēsiua sunt ꝛ eorum matrices longiores ꝛ magis per camerulas distincte sunt. Et q̄ nō variantur bruta in coitu sicut homo ƀm animam. nanus enim ex imaginationibus concipi potest ꝛc̄.

Vide hic q̄ vtplʒ ƀm matres pue gnānt sct᷑ puos ꝛ magne gnānt magnos fetus

Caplm. 22m de spermate in viro ꝛ muliere.

PRimo de gnātione aīalium dixit Ar. in omni genere ꝛ specie sūt hec polispmata idest pluris spermatis supple ꝛ alia paucioris. 4° eiusdem innuit q̄ homo in numero ꝑturitionis fetuū magis tenet medium q̄ aliud aliorum animalium. Licet eni vt ipse dixit. 26ª ꝑticula ꝓbleumatuʒ hō ƀm naturam sit maxime vnius generatiuus tñ ꝓpter caliditatem ꝛ humiditatē ipsius efficit᷑ aliquando plurium generatiuꝰ tenet ergo medium. q̄ aliquādo vnū generat aliqñ plures multos. aliqñ plures paucos. Dixit Ipo. in libro de natura fetus gemelli fiunt ab vno coitu. habent enim ventres matrices ꝛ sinus depressos. hos quidem longiores hos aūt ꝓpinquiores a testiculis. ꝛ multorūʒ generatiua aīalium plures sinus habent. paucorum vero generatiua qñ ibi multipliciter diuersa accedens ad hos ventres matrices rapiunt sperma ꝛ ventrium nec alter ad alterum relaxat. diuisum aūt sperma in vtroq̄ ventre pāniculatur ꝛ viuificatur eodem modo quo dictum est de vno. Dixit Ar. 4° de gnātione aīalium q̄ in eodem loco matricis .s. dextro vel sinistro fiūt sepe duo imo et aliqñ do tres ꝛ hoc ī diuersis receptaculis illius lateris. Et Gal. in libro de spermate dixit septem receptacula matricis in quibus sperma pōt recipi vt ēt sup ī anothomia matricis dictum est. Et dixit Ipo. vbi supra q̄ autem ex vno coitu fiunt gemelli signum facit canis vel sus ꝛ alia aīalia quecunq̄ ex vno coitu pariunt duo vel plura ꝛ singula in matricibus ꝛ ventre sunt ꝛ pāniculo ꝛ hic pariunt vno die ꝛ multum sicut etiam multi ex vno coitu facti pueri vterq̄ in ventre idest sinu ꝛ regione idest pāniculo est ꝛ pariter eodem die vterq̄ primū tamen alter egreditur foras ꝛ regio idest pāniculus eius deinde .s. succedit alter. Et dixit Ipo. q̄ autem mas ꝛ femina gemelli fiant dico ꝛ in femina ꝛ in viro in vnoquoq̄ animali sperma ē nā infirmius ꝛ fortius ꝛ nō neq̄ semel egreditur sperma ƀm in duas ꝛ tres eiectiones. ꝛ non est possibile semp sibi esse totū forte ꝛ ꝑꝰ qđ egredit᷑ ꝛ qđ posteriꝰ ꝛ si ꝯtigat grossū ꝛ forte spma īrare ī alterū vētrē fiat illic masculꝰ si vō ī altū. hūidꝰ ꝛ ībecilꝰ ab illo femina fit. Si vero forte in vtroq̄ vterq̄ masculi fient. si vero infirmum in vtroq̄ erunt vtiq̄ femine. Et Ar. dixit 10° ꝓbleumatum. 26° ꝓbleumate q̄ bruta ꝛ generantia gemellos pariunt simul masculū ꝛ feminam .s. semper. homo autē cum parit gemellos nō simul parit masculū ꝛ feminā semp. Ar. quoq̄ eodē 10° ꝓbleumatū. 14° ꝓbleumate dixit cām ꝑturitionis plim esse. q̄ ꝑles ꝑturientes plures matrices habēt equales idest multas cameras siue multa receptacula in matricibus in quibus embriones generantur que repleri cōcupiscunt ꝓpter eaꝝ imēsam virtutem appetitiuam seminis ꝓpter qđ dimittitur genitura .s. semen in ea diuisione sufficiente ad generationem. Aui. autē cās plurificationis

Vnde hic q̄ gemelli fiūt ab vno coitu. ꝛ vide cām quare

earum ⁊ priuatione causarum alioꝝ mēbroꝝ. Et signa facte propꝭ meditationem habent̄ relatu ⁊ iudicio patienꝭ vel astantiū ꝙ sit verecūdus: aut timidus: aut facit votum castitatis: aut ꝙ haberet feditatem ⁊ imunditiam coitus vel mulieris sibi ad coitum copulate. ¶ Signa facta ꝑpter maleficia sunt ablatio signoꝝ aliarum causarum. Cū enim nō poterit intelligens medicus inuestigare aliquā dictaruꝫ cāꝝ ex signis dictis neqꝫ ex relatiōe patiētis tūc est ex maleficio ⁊ maxie si poterit vir cū alia muliere coire ab vxore vel amasia. ¶ Et signa causarum primitiuarum habent̄ relatione patientium vel seruientium eis. Dixit Rabi in 4a. particula: quibusdam accidit amissio venereoꝝ longo tēpore ⁊ postea redit ad ipsos. Auctores nō cōstituerunt curā gnālem diminutiōis coitus propter operationem ⁊ varietatē causarum eius plurimū tn̄ intentionis eoꝝ in hoc fuit cura ad incitandum desideriū coitus: multiplicando sperma ⁊ māꝫ inflatiuam vt virga erigeretur ⁊ materia emitteret̄ seminalis: ⁊ hanc vocant quidam bulus dispositionis intentionem curatiuam generalem. Specialē vero vocant que variatur: fꝫ causas. Utraqꝫ tn̄ cura duplici ꝑficit̄ instrumento. s. dieta ⁊ potiōe de quibus in spāli cura particulariter ⁊ distincte procedetur. Impletur autem curatio generalis fm̄ tres intentiones. Quarum prima est ad multiplicandū materiam spmaticam. 2a. intentio est ad multiplicandum in corpore ꝑprie in vētre inferiori ⁊ partibus genitaliū ⁊ circūadiacētibus eis spūm ventosum. Et 3a. est ad incitandū patientē ad coeundū. Et primā quideꝫ rē ꝯplēt quecūqꝫ ex cibis ⁊ potibus bone ⁊ facilis digestionis sunt multi nutrimēti. Et fm̄ rē ꝯplēt cibi puri: ⁊ medicinales: ⁊ medicine etiaꝫ in quibus reperit̄ gnātio vētositatꝭ ⁊ ipsius multiplicatio sicut cōtraria in his ambabus intētionibus sunt quecūqꝫ spma minuūt ⁊ desiccāt: ⁊ quecūqꝫ ventositatē extenuāt ⁊ carmināt ⁊ dissoluūt siue cibi sint siue potus siue medicie. Unde in spāli cura quā tn̄ potens est ꝙ ad se curaꝫ diuertat: aliquādo alique ex ipsis q̄ sperma minuūt ⁊ vētositatē dissoluūt ab auctoribus ponunt̄ iuuare ingr̄tum ipsam cām diminuūt: ⁊ abscindunt sicut infra patebit de portulaca in causa calida ⁊ de menta i causa frigida. ¶ 3m rem complent dixit Auic. vitetur omne resolutiuū ventositatis ⁊ omne exsiccatiuum frigidum ⁊ omne acetosum ⁊ stipticuꝫ ⁊ omne narcoticum cum sperma ingrossat ⁊ imobilitat: vnde in semine papaueris albi: ⁊ si sit aliqd stupefactiōis: eius tn̄ pinguedo. i. euulsio eius facta ab eo q̄ ꝯmouet vētositatē addit in coitu. ¶ Quartam rem cōplent quecūqꝫ sperma pruritum faciunt precipue tn̄ in hac intentione meditationes valet sup delectatione ⁊ vtilitate coitus: speciositate mulieris: eiusqꝫ nobilitate: ⁊ muliebri aspectu: ⁊ cōtactu eius: ⁊ amplexu: ⁊ pulchraruꝫ ⁊ placibilium mulierū presentia: ⁊ cōuersatione cū ipsis: precipue cum eis que ex ipsis dilecte sunt ex comparibus nobilitate: ⁊ etate. ⁊ gestationum cōuenientia ⁊ in locutione vel relatiōe hystoriarum ⁊ cantilenarū iocalium: ⁊ musicalium instrumētoꝝ auditiōe: ⁊ de venero tractantiū. Dixit Raꝭ. in diuisionibus confert vacare tripudio ⁊ omni gaudio. Et Aui. dixit oportet vt infirmant̄ in eis proposita coeuntium. Et liber sine auctore narrans de dispositionibus coitus confortentur ⁊ approximentur istis. s. spāliter deficientibus a coitu ꝑpter dimissionem. s. coitus ⁊ afflicationeꝫ anime: ⁊ corā ipsis fiat rememoratio cāꝝ coitus: ⁊ referantur que cōtinuantur eis. s. effectus qui secuti sūt ad ipas cās. Et dixit Aui. ⁊ Raꝭ. aspiciant ad coitum animalium. Et dixerunt conueniunt eis res odorifere bonorū odorū ⁊ delectabilium: electe ex calidis ⁊ frigidis fm̄ dispositionis causas: precipue si fuerit cā in principalibus mēbris spāliter corde ⁊ cerebro ⁊ confert eis omnibus gaudium: ⁊ q̄ nocentia in hac cura tā gnāli ꝙ in spāli sunt quecūqꝫ valent in cura vehementie desiderij coitus que dicent̄ in sequenti cap° hinc est ꝙ in hac curatione memoratio fiet iuuantium: ⁊ nocētiū illic querant̄ sicut quecunqꝫ dicta sunt in hac cura iuuantia in illa cura sunt nocētia. Ideoqꝫ ex hoc cap̄lo ad aliud adducantur ne habeant repetitionem. Pro spāli cura sciendum est ꝙ ꝙuis quedam distincte posita sint cōuenire ab auctoribus in causa calida ⁊ quedā in cā frigida: plurima tn̄ eoꝝ que in hac cura conuenire ponuntur sunt calida: q̄ vt supra patuit coitus diminutio vt in pluribus procedit a frigido vnde ⁊ ob hoc dixit Aui. regiminis appropriati nomini coitus plurimū est tendens ad calefactionem humectationem ⁊ inflationeꝫ ⁊ spāliter ad calefactionem dorsi ⁊ renum. Procedēdo ergo cura spāli fm̄ cās per supradicta duo instrumenta: ⁊ primo fm̄ instrumentum diete. Sciendum est ꝙ ex iuuantibus in corporibus debilib9 ⁊ extenuatis ⁊ resurgentibus ex morbis ⁊ his similibus sunt aer temperatus ad caliditatem ⁊ humiditatem tn̄ decliuis vt sua miti caliditate materiam dissoluat ⁊ sua humiditate dissolutam resolui ꝓhibeat: sed ad fluxum disponat: propter ea tempus curationū boꝝum magis proportionale est ver. ⁊ precipue medium eius. Et hi dicunt habere debilitatem si non sit extenuatio ⁊ debilitas. Et de conferentibus in his est letari ⁊ delitiari ⁊ ocium firmum. Dixit enim Rasis in diuisionibus si laborant quolibet labore dimittant illum donec corpus ad suam redeat dispositionem. Et conuenit in his ante cibum fricatio leniter facta prius blande manibus. Deinde cū inunctionibus ⁊ vnguentis leuiter calefacientibus: ⁊

Uide hic curā generalem que impletur fm̄ tres intentiones.

Nō hic curam specialem in diminutione desiderij coitus q̄ ē cum calidis

multum humectantibus factis super toto corpore ⁊ precipue sup dorso: renibus: genitalibus: ⁊ circūadiacentibus: ⁊ balneum dulcis aque moderatū: ⁊ sōnus long⁹ in lecto molli de plumis facto ⁊ cibi ⁊ potus eorum sint que sunt facilis digōnis ⁊ multi nutrimēti. Dixit Ras. in diuisionibus cū est cōfortare corpus regimine cōmestionis cōualescentis ⁊ additione in cibis hūidis. s. actu ⁊ potentia vel saltē potentia lz nō actu. Dixit Auic. si in cā fuerit debilitas corporis cōfortet cum cibis cōfortātibus sicut sūt affidabeget. i. tafsee dicunt quidam. i. turte vel tartare que preparate sūt in patellis ⁊ frixa ⁊ assata: ⁊ ea que preparantur in vas. cum cooptorijs sicut sunt que parant in testulis ⁊ pastilis: vel in ollis: cum coopiunt cuz testis supappositis prunis quē modum ꝑparatiōis nos stufatū vocamus. Et rō hoꝝ ciboꝝ est qꝛ sunt pluris nutrimēti ꝙ elixa verū oꝫ in vsuz istoꝝ ꝙ digestiua fortꝫ sit valens illos digerere aliter nocerēt. Ex cōferentibus aūt in his sūt res que impiguāt corpus resumētes que bene digerunt in oibus digōnibus sicut sunt vitelli ouorum gallinarū sorbiles ⁊ iura ⁊ carnes auium pinguiū bonorum pulloꝝ gallinaꝝ fasianorum edorū ⁊ arietū castratoruz ⁊ lactantium vitularum. Et si digestiua fuerit fortis de his cibis dixit Aui. est fermētū coctū ⁊ puls. i. ptisana. napi: ⁊ adeps. i. res pigues ⁊ lac: ⁊ butirū: ⁊ pisces: ⁊ panis simule ⁊ medulle fructuū sic amigdolis nucis indice fisticorū auelanaꝝ. Alia littera hꝫ calcadra ⁊ que sunt similia illis. Dixit Gal. 5° de simplici medicina res de cuius ꝓprietate est generare sperma ⁊ ꝓuocare ipm oꝫ vt sit res vaporosa spumalis. i. multi spermatꝫ gnātiua. Et cibi quidē qui multiplicāt spma sūt cepe dulces: ⁊ cicer: ⁊ fabe: ⁊ piscis multorū pedū nominatus stinchus: ⁊ pini. Et medicine que gnānt spma sunt stinchus siccus tūc eni potius vocatur medicina ꝙ cibus: sed recens est cibus: ⁊ testiculi vulpis. i. satirion: ⁊ res que faciunt illud sunt cibi ⁊ medicine: sicut sūt semē lini ⁊ eruca. ¶ Dixit Zoar in pemio theysir: probatum est ꝙ comedere cerebrum passerū ⁊ ꝓprie masculoꝝ excitat coitum ⁊ rape cocte siue cū carnibus siue sine ipsis ad idem facit ⁊ comedere pastinacas coctas coitum eni ꝓuocant dicūt qdā presertim baucie hoc faciunt. Et dixit zoar ⁊ etiā brodium cicerum rub. Et certum est ⁊ ꝓbatum ꝙ comedere pullos colūbinos nō valde magnos neqꝫ paruos nō potētes ambulare neqꝫ volare mouēt coitum mirabiliter. Dixit Ras. xi° cōtinentis. ℞. testiculoꝝ arietꝫ ⁊ assa eos super carbones ⁊ da eos in cibo sup abundanter qm̄ boni saporis: erunt. ¶ Quod si in cā fuerit siccitas dixit Ras. in diuisionibus in paucitate spermatꝫ ex siccitate: cura est satiari cibis hūidis vt puta herbis: ⁊ lacte ⁊ vino: plime cōmixtionis: ⁊ dilatari in cibo precipue humectāte: sicut sūt pisces recentes cū assi comedunt cuz cepe crudo: ⁊ pulli: ⁊ gallina: ⁊ pulli colūbini pigues. ¶ Dixit Haly. Si spermatis paucitas fuerit ex euacuatione imoderati cura cū regimine laudabili generāte sanguinem corpusqꝫ ad humiditatē deducat suā: carne mūda carnibus bonis ⁊ vini potu iu quo modica sit dulcedo. Dixit Aui. si fuerit in cā siccitas siue totius sine instrumētoꝝ gnātionis humectet corpus cum cibis sicut generibus lactis ⁊ alijs similibus vt ouis sorbilibus: ⁊ lacte dulci decocto: ⁊ cibis preparatꝫ in effidageb dicunt hunc ꝑparationis modū nos cineū vocatus. Dixit Ras. i diuisionibus in facta a siccitate instroꝝ spermatis iuuamentū fit cum bal° ⁊ pro. i. introitu in aquā calidam verū cū mora qua humectet ⁊ nō resoluat ⁊ Aui. dixit fiat humectatio equalis cum balneatio. Dixit Haly. sepe sedeat in conca decoctionis violarū camomille mellilotí ⁊ nenufaris. Sꝫ si fuerit ex mala ꝯplōe calida ⁊ sicca sic dixit Haly. lauent suaui ⁊ tepida aqua in qua ordeum decoxeris ⁊ lactucā ⁊ cucurbite cortices: sōno vtantur tēpato in lecto nō calefaciente. Et dixit ruffus motus ⁊ equitatio nocent eis qui ꝯplōnis sūt calide ⁊ sicce. s. tottus corporis ⁊ ꝑcipue circa renes ⁊ testiculos. Qd̄ si dispō fuerit ex caliditate ⁊ corpus nō fuerit extenuatū dixit Ruffus vbi supra vtat exercitio equali ⁊ tardo oꝫ eni moueri ⁊ gressibus mobilibus ⁊ paucis vt nō exacuat i eis caliditas ⁊ aer habitationis sue sit ad frigiditatem declinans ⁊ vētis expositus borealibus: ⁊ consimile dꝫ esse regimē in alijs rebus nō nālibus. Et quidam in eis cōcedūt ex fructibus citonia ꝑsica pruna ⁊ silia ⁊ ex carnibus carnes agni vitule lactantis perdicis fasianos ⁊ pisces lapidosos squamosos. Dixit. A. Cibi cōuenientes calefactis sunt lac acetosuz: ⁊ pisces saliti ⁊ calidi exponūt quidā. i. pisces recētes actu calidi cōmesti cū sale. nā actu pisces frigidi nocēt: ⁊ similit pisces saliti: ⁊ cōueniūt dicūt ipe melones ⁊ citrulli cucumeres ⁊ cucurbite ⁊ olera hūida oīa. s. simul ⁊ frigida. Sed expressit de humidis aut qꝛ in eis est inflatio: aut qꝛ frigida ⁊ sicca nocēt exsiccando mām spmatis: ac ēt ventositatis ⁊ exemplificādo de dictis oleribus cōuenictibus dixit sicut lactuca ⁊ semē portulace: de qbus nō videt cum habeant proprietatem exsiccandi spma ⁊ nocere coitui vt in suis patet capitul. Unde ista ⁊ similia nō valēt qꝛ addāt in coitu ⁊ spermate: sed qꝛ corrigūt ⁊ alterāt caliditatē exsiccantem sperma ⁊ spūm inflatiuū resoluētē: ⁊ hoc modo dūtur addere in spermate: ⁊ ad coeundū excitare. Et dixit albumē oui est eis plurimi nutrimenti multiplicans sperma. s. mō supradicto ac ēt cum digeritur multiplicat ipm via nutrimēti. Et dixit cerebro aīalium ⁊ ipsorum medulle ⁊ cancer fluuialis cōferūt eis. s. ambob⁹

Uide hic quedam cibaria impinguantia corpus: ⁊ resumētia: q̄ bñ digerūtur in oibus digestionibus

Cura si dispō hec fuerit ex caliditate ⁊ sine extenuatōe corpis

modis predictis. Dixit Almā. Caro cancri addit in spermate. Dixit Aui. cibi medicinales ad calefactos sūt vt sumat lactis. ℔. j. ⁊ ꝓiciat sup ipm tereniabim pondus. ʒ. 40. ⁊ decoquāt donec inspissetur. s. aliquātulū ⁊ detur cōsuetis bibere lac ex eo ad bibendum cadus vnus. Qd̄ si causa fuerit frigus tūc cōfert ei aer calidus ⁊ odores boni sumpti ex calidis. Et dixit Aui. calefactio renū ⁊ dorsi bona est in erectione. Dixit Aristo. ⁊ scribit. xi° ꝯtinentis: sic renes ⁊ vesica calefiūt calefactione pedum. Ideoqꝫ si fricabunt pedes cū oleis calefactiuis excitabit erectio verctri cuius fricatio: ⁊ inunctio cum calide facta super alijs mēbris ⁊ sup dorso ⁊ renib⁹ ⁊ pectine ⁊ oseo ⁊ virga: ⁊ conuenit motus moderatus ⁊ vigilia moderata ⁊ balneum calefaciēs ⁊ cibi calidi ꝑcipue carnes anserum ⁊ anatum pullorum columbarum ⁊ passerum in domibus nidificantium ⁊ castrati iuuenis. Et oua sorbilia sumpta cū spēbus elefanginis: ⁊ allea parum cocta ⁊ cepe ⁊ radix enule ⁊ seccacul. ⁊ iringoruz: ⁊ pastinace domestice: ⁊ siluestres: ⁊ ius cicerū rub. ⁊ vinum nouū clarificatum dulce ⁊ potens conuenit infrigidatis senibus ⁊ decrepitis. Dixit Aui. ad infrigidatos oportꝫ vt misceātur libra vna lactis ⁊. ʒ. x. cinamomi ⁊ conquassent ⁊ bibāt ex eo cadum vnū. Liber absqꝫ auctore: sumāt in potu per triduū de semine eruce siluestris cū butiro vaccino. Et dixit. ℞. cepas acutas: ⁊ infūde eas in lacte ⁊ modice cōprime eas in eo ⁊ de ipo lacte bibe ꝑ ebdomadas ⁊ videbis mirabilia. Qd̄ si frigus fuerit cū siccitate cōiunctum ⁊ ꝓprie cum corpus extenuat totum regimē declinet ad calidum ⁊ hūidum exercitio moderato ⁊ sōno moderato ⁊ accubitu sup renibus in lecto molli calefaciente. Dixit Aui. cibi sint ex qb⁹ fit sanguis ⁊ in quibus est caliditas ⁊ hūiditas dn̄ans. Dixit Haly. sit regimē in dispōne eis calefaciēs ⁊ humectās in cibis ⁊ potibus. Qd̄ si defectio inflatiōs fuerit in cā ⁊ ꝓcesserat a caliditate. Dixit Aui. sumant in cibis ea in quibus est infrigidatio ⁊ inflatio sicut sunt pira ⁊ mora seminis ⁊ de semi. s. illa cōtracta vel mora sentita. i. sentis ⁊ sunt mora rubi: ⁊ fabe: ⁊ serū cū lacte acetoso ista enim sunt frigida ⁊ inflatiua. Et dixit si in cā fuerit calor mēbroꝝ spermatis cū supfluitate cōfert omne infridatiuū sicut seruz. i. lac acetosum vaccinum: ⁊ lac in quo est decocta portulaca: ⁊ cōueniunt eis agnorum carnes cocte cū lactucis ⁊ spinachijs: ⁊ si ꝓuatio inflationis fuerit ex frigido dent cibaria ⁊ potus calefacientes pati cum spēbus calidis aromaticis cū quibus sunt mixta quedam ex eis que inflant. Et sūmarie auctores videntur velle ꝙ in cibis ⁊ potibus cuiuscūqꝫ spēi diminutionis coitus debeat inueniri ꝑ se vel per accidens ventositas inflatiua. Siquis bn̄ cōsiderat spāles eorū intētiones. Dixit Johānicius res generans spma ad coitum implendum est illa in qua aggregat ꝙ sit multi nutrimenti. s. gnātiua vētositatꝫ: ⁊ calida ꝙ si in aliquo hec nō aggregentur fiat compō eius cum alio verbigratia: fabe sunt multi nutrimenti ⁊ inflatiue: sed nō sūt calide: vnde si cōponant cum carnibus pinguibus hēbunt omnia requisita ad coituz. Ait tn̄ Ras. dico ꝙ cōmestio piscium est melior. s. ꝙ fabarum. Et subdit Johānicius qui cognoscit ꝙ pinia est multi nutrimēti ⁊ calida ⁊ non inflat cognoscit ꝙ indiget vt ꝯponat cum rob. vuue ⁊ similibus his que generant vētositatem ⁊ cerebra: ⁊ vitelli ouorum: ⁊ medulle ossiū indigent vt cōponant cū eis que calefaciunt. Et dixit cicera hn̄t in se predictos tres modos: sunt eni multi nutrimēti inflatiua ⁊ calida Ras. tn̄ dixit dico ꝙ nō habet perfectam virtutem in eis. Et dixit Johānicius bullus ⁊ eruca maioris calefactionis sūt ꝙ rapa ⁊ inflāt sed sūt minoris nutrimenti vnde minus generant sperma nisi cōiuncta fuerint alteri ⁊ silr est pastinaca ⁊ mēta. Sed pastinaca maioris nutrimēti est ꝙ mēta: ⁊ silr porrū: ⁊ granū viride: ⁊ vua: ⁊ in vua est supfluitas hūiditatꝫ ⁊ nutrimentum abundans ⁊ multa inflatio vnde in coitu habet potentem actum. Dixit Oribasius in abundanti coitu vtitur regatur regimine calefactiuo ⁊ humectatiuo ⁊ sint nutrientia calefacientia ⁊ humectantia grossa inflātia. Et ego laudo vuā mltipliciter manducare qm̄ humectat ⁊ replet sanguinē humiditate ⁊ ventositatē que faciunt ad erectionē. Et Aui. dixit cibi sint in quibus est caliditas ⁊ hūiditas abundās ⁊ in qbus est viscositas ⁊ inflatio ⁊ spissitudo. Et dixit Tegnebil. ex seminibus. s. inflatiuis in leguminibus ⁊ est cibus factus cū spēbus in cinamomo cum dictis seminibus ⁊ ꝑmixtis cuz cepe ⁊ mēta et porris et fenugreco et andachoca et eruca ista cōferūt quando cum debilitate esset frigiditas quia inflatiua et calida ⁊ multi nutrimenti si digerantur.

Cura si dispositio fuerit a frido ꝓhibēte desiderium coitus.

Uid̄ hic ꝙ vua hūectat ⁊ replet sanguinem hūiditate ⁊ ventositate.

Quod si in causa fuerit paucitas spermatis et quies ei⁹ et prauitas mordicationis ipsius vti debent rebus multi nutrimēti rebus aperientibus ⁊ mouentibus sperma ⁊ dantibus ei acuitatem excitantem expulsiuam. Dixit Gal. 7° de simplici medicina medicine: spmatis sumendo medicinam large ad cibum ⁊ medicinam vel saltez pro cibis medicinalibus. Alie sunt gnāntes ipsum: ⁊ alie sūt ꝓuocantes: ⁊ medicine que prouocant sperma sūt ille que faciunt apparere sperma aggregatum in ꝓfundo. s. apriēdo meatus ⁊ mouendo ipm versus genitalia. Dixit enim Gal. ꝙ sūt res que aperiunt ⁊ est eius caliditas: sed nō desiccant. Et generatiue spermatꝫ sunt res quarum quedā sunt ex eis que comedunt: ⁊ quedaz sūt

ex eis

ex eis quibus medicatur. Que aūt comedunt̄ sunt res que nutri
unt̄ ⁊ digeruntur ⁊ sunt in tota sba conuenientes. Et ex medicis
est omne quod generat ventositatem ⁊ est calide complexionis.

Dicta vero In facta cā mēbroꝝ principalium ⁊ de
seruientium eis oȝ vt eligant̄ ex his q̄
dicta sunt in ipoꝝ sermonibus precedētibus approximando ea q
cōueniunt dispōnibus eoꝝ facientibus ꝓuenire additionē in coitu
Dixit Filagerius. Curari debet q stat per longum tempus ⁊ nō
ꝓuenit ad virilitatem cum exercitio mēbroꝝ inferiorum ⁊ fricatio
ne ipoꝝ ⁊ fricatione inguinū ⁊ illinitione veretri cum attractiuis:
⁊ cū medicinis pungitiuis. Liber absq̧ auctore cū voluerit qs ire
dormituȝ lauare debet pedes in aq̄ calida ⁊ tenere eos in ea p ho
ram ⁊ deinde desiccare ⁊ inungere eos cū oleo sambacino. Et sb
dit Filagerius vtatur vino odorifero ⁊ fructibus pini ⁊ satiriōis:
⁊ visu psonaꝝ pulcherrimaꝝ absq̧ vlla approximatōe facta cū eis
dum perueniat ad potētē virilitatē. Dixit Ras. cū cōfortata fuerit
erectio virge gradatim oȝ vti coitu hoc tū ꝯuenit in reditu ad coi
tum ex omni causa diminutionis coitus. Et ait Ras. qm̄ auctores
precipiunt remotiōes a coitu dico nō intelligemus de tēpore lōgo
sicut qm̄ fit abstinētia eius q vult ipȝ incidere penitus. Sed eo mo
do quo cōgregetur sperma ⁊ multiplicet̄. Amplius quedā ex no
cētibus in hac cura adducā ⁊ postea quedam ex iuuātibus maxi
me cibis. ¶ Dixit Ras. xiº cōtinent̄ ideo ꝯfirmatū est q̄ balneuȝ
⁊ sudatio mala sūt apō opus luxurie ⁊ ītellexit ī dispōib⁹ ī qb⁹ no
ciuū est balneū in multis eni est iuuatiuū ⁊ eniȝ diminuta coitu ex
generatiōe calida possunt vti balneo aq̄ dulcis tēpate: ⁊ si fuerit cū
caliditate humiditas tūc balneis aque minere ferree cōuenienter
balneā in aquis termaticis exsiccatiuis vt sulfureis donec ipsoruȝ
pinguedo minuat̄: ⁊ si nō fuerint pingues vti possūt balneis mi
neralibus ⁊ artificialibus nō intēse calefacientibus vt nō destruant
inflationem ventositatem resoluēdo sed mām ⁊ vētositatē dissol
uant. Et sic cū frigiditate fuerit humiditas tūc que ex balneis alu
minosa sunt ꝯuenienter approximant̄. Et ideo aui. dixit cōfortet̄
corpus ex balneatōibus. s. f̄m necessitatē: ⁊ sir f̄m necessitatē dix̄
Gilib. moderet̄ mora ī eis. Liber absq̧ auctore q coitu vult vti oȝ
vitare acetū ⁊ olera: qm̄ alterant appetitum coitus. Fugiat̄ dicūt
quidam potus aque frigide etiā in calefactis. Sed ipsorum potus
sit lac loco vini aut iulep factū cū decoctione limaciarū ⁊ ordei aut
vinū multe ꝯmixtiōis. Et alij bibant vinū grossum rubeū potens
dulce vel ad dulcedinē declive parūp limfattū cum aqua decocta
simplici vel cum aqua decoctionis pass. ⁊ dactilorū ⁊ sit vinū odo
riferum nō antiquū neq̧ acutū: sed nouū vel medij tēporis ⁊ mi
xtū ꝯuenit ēt ī h. Et dix̄ simeō supabūdātia pot⁹ vini ⁊ ꝓpe dulcis
⁊ bōi ꝓpe nutrit luxuriā. Vinū vo pōticū vl paucīferū vl antiquū
⁊ sbtile nocet. Et dixit simeō aq̄ in qua extinguit̄ ferrū calefactuȝ
si bibat̄ nō mollefiet inde veretrū: sed inseparabiliter erigit̄ p totā
noctē. Dixit Theodosius sumēdū est in potu de aqua mellis non
dispumati absq̧ aromatibus tm̄ ponēdū est in ea modicum de cro
co ꝓpter tincturā ad colorādū ⁊ non coquat̄ ⁊ frequenter oȝ vti
potu ipsius: qm̄ auget in erectione veretri per experientiam. Dixit
Ras. dico eo q inflat valde. Et scias q̄ potus vini p⁹ cibos ⁊ me
dicinas vbi cōuenit oȝ esse plurim⁹. Dixit Gal. vbi supra. Omne

Vide hic q̄ omne q̄ multiplicat lac auget spma preter q̄ȝ agnus castus.

qd̄ multiplicat lac auget sperma p̄ter agnū castuȝ qui multiplicat
lac ⁊ diminuit sperma. Dixit Ruffus. semē aneti. auget spma in lu
xuria si sumatur cū sale ⁊ semie eruce. Dix̄ Haly. cui tempata est
cōplexio triticū dandū est elixatum ⁊ agnoꝝ caro trita cū cicere ⁊
fabis. s. cōmedendo cū quibus cōiter parantur. s. ad tollendū ven
tositatem ipoꝝ ⁊ oua sorbilia sup quibus sal stincoruȝ sup pulueri
ȝabis. Dixit Azararius: testiculi gallorum oua iuuenū gallinaruȝ
que hēant gallum: oua passerū colūbarum turturum ⁊ perdicuȝ
⁊ oua struzonis. Dixit Sathar augent in spermate abūdāter oua
passerum ⁊ oua piscium calida sunt solutiuū fortissimū. Dix̄ Sa
thar cōuenit lac vaccinū ⁊ cōmestio passerū pinguiū: oua vo ipo
rum sunt fortiora corporibus eoꝝ. Et dixit coque medullam ossiū
cū butiro vaccino ⁊ carnibus ⁊ aromatiza ipa cū aromatibus: ⁊
sumant̄: qm̄ pfecte augent sperma. Dixit Azararius limacie con
ferunt ⁊ racemi vue ⁊ ficus ⁊ napi rubee ⁊ pinee ⁊ semē lini ⁊ se
mē bombacis. Et quidā cōcedunt nuces recētes. Et Rabi. Moy
ses. dixit. 20ª. pticula spgi augent sperma ⁊ oua columbarum adiu
uāt coitum adiutorio bono ⁊ omnia oua adiuuāt coitum adiuto
rio bono ⁊ maxime coquinata cū cepis vel napis. Et omnes testi
culi aīalium adiuuant spma adiutorio māifesto: ⁊ caro ericij exsic
cata trita ⁊ bibita opatur ad multam erectionē virge. Et idē facit
virga dāme spālitate quā hȝ. Et dixit frondes arboris gobayre ex
citant mulierem ad appetendū coitum in tm̄ q̄ accidit eis sicut ac
cidit catis que in visu coitus clamāt ⁊ letant̄ ⁊ maxime flores ei⁹.
Dix̄ Paul⁹ ōis panis qui parat̄ absq̧ fermēto suscitat appetituȝ
coitus valde. Dixit Glosator. panis simillaceus mūdus ⁊ calidus
melior est q̄ frigidus ⁊ legumina cocta integra vel reducta in fa
rinam cum butiro multo ⁊ debet superaddi modicum succi cepe
Dixit Azararius panis cum modico sale ⁊ modice fermentatus
⁊ pisces minuti calidi. Dixit Judeus cibarium piscium assorum si
sumitur cum cepis facit magnum iuuamentum in luxuria: sed ex

pedit q̄ calidum sumat̄. nam si fuerit frigidum nō confert. Dixit
Auicē. in 2º omnis piscis: recens cōmestus calidus auget in coitu
auellane condite cum zucharo ⁊ modico zinzi. valent. Luzi. xiº cō
tinentis. lingua passeris auget luxuriam. Et pomū paradysi. i. ma
xime excitat luxuriam: ⁊ alleuet bonum est illi cui diminutum est
sperma valde ⁊ ꝓprie datū cuȝ butiro cocto ⁊ lacte ⁊ galāga au
get in luxuria: ⁊ zinzi. conditum. Dixit Dyascorides testiculus ca
nis ⁊ est species satirionis si retinetur in manibus excitat coitum.
Liber absq̧ auctore. ℞. lactis recentis rotulos. ij. ⁊ coq̄ cū pugil
lis duobus māne dū ingrosset̄ ad modum mellis: dos. ℥. j. ieiuno
stōacho: qm̄ erectioneȝ facit donec ad nocumentum erit ⁊ oȝ sū
mi de eo post cibum etiam mitigabitur autem erectio sequēs ad
ipsum cum solatro ⁊ endiuia. Et dixit da macilentis de lacte recē
ti cū puluere cynamomi bene triti per duos dies. Et dixit. ℞. gal
lum in tempore veris ⁊ macta ipm ⁊ de sale imple: ⁊ suspende in
vmbra donec desiccetur: deinde eiectis ossibus ⁊ pelle eius tere
carnem eius ⁊ salem ⁊ pone in vase vitreo retinendo penes te ⁊
penes necessitatem ⁊ sume de eo ad modū grani tritici ⁊ plus mo
dice ⁊ videbis mirabilia. Ait Rasis. credo q̄ hoc est potētius alio.

Vide hic cibos cōuenientes volentibus vti multo coitu ⁊ conditiones ipsorum

Et dixit. ℞. gallinam pinguem ⁊ frange per membra ⁊ pone cuȝ
ea pulligum vnum cicerum fractorum ⁊ cepas albas. io. ⁊ modi
cum salem decoque comede bibendo ius ipsius ⁊ comede postea
post cenam de māna cocto cum lacte vt dictum est Paulus qui
proponit in mēte sua multiplici luxuria vti. habere oȝ in corpe suo
superfluitatē nutrimenti ex cibarijs abundanꝰ nutrimenti ⁊ dele
ctabilibus. Et dixit. ℞. lactis recentis rotulum vnuȝ māne grana
ti rotulum. s. ⁊ coque super ignem lentum donec sit ad modū pa
ste grosse ⁊ sumēdum est de eo: qm̄ melius est alijs complonem
habentibus calidam ⁊ siccam indigentibus aqua. i. spermate. Ca
stance cocte cum pullis columbinis multum opantur ad coituȝ ⁊
cepe crudum reddit sperma plus pruritiuū q̄ coctuȝ. Et testiculi
omnium auiū que comedūtur infusi in lacte calido sunt boni val
de. Dixit Azarari⁹. ℞. aque carnis. ℔. j. succi cepe ⁊ eruce aā. ℥. iij.
aque in qua bulierunt napi ⁊ cicera libra vna salis aur. j. zinzi. pipe
rum galange ⁊ piperis longi aā. ʒ. j. croci. ʒ. s. terantur ista ⁊ ligent̄
in pāno lineo: deinde omnia coquantur donec sit consumpta me
dietas: tunc extrahatur pānus ⁊ distemperētur in eo quattuor vi
telli ouorum ⁊ deponantur ab igne anteq̄ durescant ⁊ comedāt
cum medulla panis. Aliud delectabile. ℞. risum ablutum ⁊ dimis
sum in lacte die ac nocte: deinde coquatur in aqua ⁊ oleo vel san
guine galline: ⁊ postq̄ bulierit vno feruore apponatur paulatine
lac vsq̧ quo sit decoctum ⁊ super ponatur de zucharo. Dixit. A.
multi reperiuntur cibi qui ab auctoribus absolute ponuntur con
ferre nomī coitus intelligens qm̄ coitus esset nocitus a diminutio
ne spermatis cum frigiditate de quibus meliores sūt dixit ipse ex
carne edi pinguis masculi: ⁊ carne ouina ⁊ cicere ⁊ cepe absq̧ fri
xione: frixio nanq̧ prohibet confortationem carnis ⁊ multitudi
nem nutrimenti eius eo q̄ exsiccat humiditatem carnis. Alia litte
ra habet absq̧ fixione. i. reseruatione post cocturam carnium do
nec frigescant: qm̄ talis reseruatio prohibet confortationem ⁊c. ⁊
ista littera reputatur melior clarum enim est q̄ caro frigida nō est
sapida ⁊ confortatiua sicut calida recenter cocta ⁊ per cōsequens
est minoris nutrimenti. Et dixit Alabememet. i. galmater ⁊ si nō
cum alio saltem cum almiuri sunt boni similiter galline ⁊ pulli co
lumbini pinguati ⁊ proprie alūdebes. De his autem dixit Rasis.
in diuisionibus pulli galline ⁊ pulli columbini pingues ⁊ dactili in
fusi in lacte: ex quo patet q̄ aliquando debent sumi dactili infusi in
lacte. Et oua sorbilia dixit Auic. puluerizata cum cinamomo ⁊ pi
pere ⁊ galanga ⁊ sale stinci cum non saliuntur ⁊ ista puluerizatio
specierum debet referri ad ly oua sorbilia ⁊ ad omnia alia cibaria
superius dicta. Et si affuerit frigus in causa dixit Aui. resiste frigo
ri illi cum zinzi. ⁊ pipere ⁊ macropipere ⁊ cinamomo ⁊ similibus
⁊ hoc si frigus fuerit magnum sic q̄ eget calidioribus specieb⁹ q̄
sint supradicte ⁊ proprie si fuerit tempus hyemale. Et de dictis ci
bis est cibus de napis de caulibus ⁊ de baucis siue pastinacis ⁊ ꝓ
prie quādo bene decocta fuerit caro earum: ex ipsis sunt cerebel
la paruarum auiū ⁊ butyrum ⁊ lac: ⁊ similiter cibus qui fit de tri
tico cocto cuȝ multa aqua vsq̧ quo fiat sicut puls ⁊ achechemet
⁊ risum cum lacte ouino. Et dixit Auicē. conferunt in secūdis mē

Vide hic q̄ menta cōfortat mēbra spmatis valde: ⁊ visus eius fortitudinem facit sup sperma

sis spargi ⁊ eruca pori ⁊ capita turdorum ⁊ mēta proprie ipsa eni
confortat membra spermatis valde ⁊ visus eius fortitudinem fac
super sperma quare forte fit desiderium coitus. In sequenti vero
caplo laudauit mentaȝ in cura vehementie desiderij coitus ⁊ ml
titudinis spermatis ⁊ sic videtur q̄ conferat contrarijs dispositio
nibus: quod quidem nō est inconueniens diuersimode operā
do. Menta enim caliditatem ⁊ sicca in natura sua ⁊ sic de per se
est siccatiua spermatis ⁊ valens in multitudine eius ⁊ cuȝ hac na
tura habet corrigere sanguinem in venis vt suo patebit caplo. Et
per hoc remittit vehementiam desiderij: ⁊ in ipsa est accidentalis
humiditas generatiua ventositatis qua facit virge erectioneȝ ex
citantem ad desiderium coitus. Sunt autem qui dicunt q̄ in di
ctis testibus Auic. nō est contrarietas ⁊ q̄ menta confert ad coitū
quādo causa diminutionis coitus est humiditas instrumentorum

ſpermatis relaxans ea a debita retentione ⁊ fixione ſpermatis in eis donec exeat ſperma ab eis abſq; delectatione ⁊ concuſſu qui exitus ſpmatis pōt dici quidā modus exuberantie eius in quo ponitur mēta cōferre cū caleſactione ⁊ deſiccatione eorum inſtrumētorum ⁊ ſic ea fortificat ſupra ſperma.i.retinet ita vt nō exeat ſine delectatione ⁊ deſiderio ⁊ ſic deſideriū excitat ⁊ forte facit ad coitum ꝙ prius per delectationem erat ſopitū. Et dixit Aul. de dictis cibis eſt andachoca ⁊ eſt ſpecies trifolij ⁊ fenugrecū ⁊ ꝺ iulep bonis ⁊ illud qđ fit cum croco ⁊ ſimilibus ⁊ lacte ⁊ aqua nucis indice aqua ⁊ lacte per modum emulſionis trahere a medulla eius ſicut trahit' ab amigdolis. Dixit Azarari' ꝙ in electuarijs loco nucis indice poſſunt poni alie nuces. Et ait dixerunt quidā ꝙ iſte g aſſiduat cōmeſtionem paſſerum ⁊ bibat poſtea lac loco aque.ſ.⁊ vini ſine ceſſatione eſt erectus ⁊ multi ſpermatis. Et dixerūt frigatur cepe cum butiro donec rubea fiat ⁊ diſſoluat' in decoctione ⁊ frangantur ſup ea oua ⁊ cōmedatur. ¶ Dixit Raſ.xi° cōtinens dico. ℞.pullos colūbarū q cibati ſunt ciceribus fabis ⁊ faſeolis in toto nutrimēto eoꝝ ⁊ macta eos ⁊ incide ſm mēbra: deinde. ℞.cicerum fractoꝝ ⁊ aque cepaꝝ ⁊ ſalis ſtinici dum ſalitā faciat ollam ⁊ pone in eis adipē trium vel quattuor pulloꝝ ad mltiplicandum ventoſitatem ipoꝝ. Deinde infundatur in iure ipoꝝ panis mūdus ⁊ comedatur ⁊ bibatur ius: ⁊ deinde bibatur ſuper ipo ꝺ vino frequēter aut ſi remanſerit ius aliqđ ipſorum miſce cum eo vinum ⁊ bibatur. Dixit Guil. per vſū inueni cibarium cōferens etiā ſenibus ⁊ decrepitis et excitant bonam voluntatē coeundi ⁊ recipiant' piſces parui ⁊ coquātur in oleo cōmuni ⁊ comedantur cuȝ re que ſic fit. ℞.galange piperis longi cinamomi cardamomi zinzi.nucis indice croci ſtucioꝝ nō corruptoꝝ an.ʒ.iij.pinearum fiſticorum.i.auellanarum dactil.paſſul. aā.ʒ.ij.piſtentur oīa ſimul perfecte ⁊ conficiantur cum rob.vini ⁊ commedatur imediate poſt confectionem eorum. Aliud eiuſdem coquantur caſtanee cum carnibus gallinaruȝ vel paſſerum vltime poſtea recipiantur: ⁊ coquātur debiliter in lacte vaccino vel ouino ⁊ cōmedantur cum ſpeciebus ſunt enim mirabiles. Et dixit vtatur querens coitum ſucceſſiue nunc vno nunc alio: ex cibis predictis ⁊ cōferunt iuſcula ex capitibus columbarum decoctis ⁊ appoſitis vitellis ouorum. Cibus bonus faciens ad coitum decoquātur teſticuli animaliū ⁊ ꝓprie gallorum ⁊ caro pipionū ⁊ paſſerum maſculorum ſimul cum paſtinacis vel baucis aut napis.rapis vel yringis decoctione perfecta poſtea omnia piſtentur optime ⁊ iterum in brodio aliquo pingui carnium decoquātur cum lacte vaccino vel ouino ⁊ cum totum coctum fuerit ſuperaddantur pinee ⁊ fiſtici ⁊ ſpecies que ſic fiunt. ℞.ſeminis eruce ⁊ ſaturegie ⁊ ſalis ſtinci aā.ʒ.ſ.galange zinzi.cardamomi aā.℈.ij.⁊ comedantur. Dixit Gloſator. ℞.cerebella paſſerum ⁊ columbarum ⁊ aliarum minutaruȝ auium ⁊ frigetur cum butyro ⁊ medullis cruris vituli vel aliorum animalium ⁊ modico ſucco cepe ⁊ cū cocta fuerint ſupermittantur cerebella vitelli ouorum ⁊ penidie ⁊ iterum aliꝗ̄tulum decoquātur ⁊ ſupponatur poſt hoc de ſale ſtincorum ⁊ de ſpeciebus: ⁊ conuenit cibus factus de lacte penidijs ⁊ ſucco cepe aā.ſimul mixtis ⁊ decoctis ⁊ hee ſunt ſpecies que conuenienter poſſunt poni ſuper cibarijs querentium coitum. ℞.cardamomi ſeminis eruce cinamomi zinzi.aā.ʒ.ij.galange piperis longi aā.ʒ.ſ.croci.℈.j.⁊ hic eſt ſapor qui poteſt eorum cibarijs adaptari. ℞.ſucci granatorum dulcium ⁊ lactis extracti per euulſionem auellanarum vel pinearuȝ mixtarum cum puluere ſeminis eruce ⁊ proprie ſilueſtris ⁊ pauco zinziber. ⁊ parentur vt plurimum cibi elixi vel aſſi ⁊ non frixi qm̄ frixura vt dictū eſt ciborum minuit nutrimētū. Et coitum querentes moderate cibis repleantur ne excedat ꝗ̄titas ipſoꝝ potentiam digeſtiue virtutis. Et dixit Haly.in facta ex paucitate ſpmatis ſequente ad euacuationes non ſemel det' cibus: ſed paulatim partiatur. Et eſt ſemper diligenter attendendū ne ex regimine ſupradicto veniatur ad opilationes ſeu ad mlte colere generationē ⁊ ſic ad inflationeȝ ⁊ febres: quare nō oportet vt fiat omnimoda continuatio in eo. Sed aliquādo dimittatur cum ſufficiente interpolatione in qua ſi qđ leſiuum generatū fuerit in corpore corrugatur ⁊ abiciat': deīde ſi volūtas affuerit ſeq ipſū fiat ad ipȝ reditus.

Vide hic cibuȝ facientē boleȝ ſine ceſſatione eē erectum ⁊ mlt̄u ſpermatis

Vide hic cibuȝ mirabilē in adiuuando in debilitate deſiderij coitus

Cura vero diminutionis coitus per potionem perficitur cum medicinis que excitāt ad libidinem ſiue cum qualitate ſua ſiue cum ꝓprietate ſua. Et ſūt ex eis ambabus quedam ſimplices: ⁊ quedam compoſite. Et que excitant libidinem cum qualitate: quedam implent naturam generaleȝ modo ſuperius dicto ⁊ quedā ſpālem ꝑticulares cauſas āmouen'. Et que curant curatione generali ſunt quecūq; ſperma commouent ⁊ verſus genitalia dirigunt: que ventoſitatem multiplicāt aut materiam in vētoſitatem reſoluūt: ⁊ que ventoſitates verſus genitalia mouēt: ⁊ virge inflationem faciunt: ⁊ que materiaȝ pruritiuam reddunt: ⁊ que in coitu delectationem augent: ⁊ poſſunt ab intus ⁊ ab extra approximari. Et que approximantur ab intus: alie per os ſumuntur ⁊ alia per cliſtere mittuntur aut ſupponuntur. Et medicine quidē ſimplices ad coitum valentes ſunt nux muſcate: galanga ſemē bulbi. Dicunt quidam cepe camini ⁊ ſemen eruce viride ⁊ maxime eruce agreſtis ſumptum ⁊ proprie cum bibitur poſt ipſum ſapa ⁊ arnagloſa in excitando coitum habet proprietatem ⁊ auget ſperma ⁊ ſe delectabilis. Coſtus potat' cum vino ⁊ melle coitum excitat. Et ſemē vrtice bibitum cū rob vini. Et ſuccus mente comedatur cuȝ vitello oui. Dixerunt Diaſ. ⁊ Chirandus ꝙ ſi quis radicem ſuperiorem gladioli ſagittal' tritam dederit alicui in potu cum vino ad venerem eriget. Inferior vero contrariū faciet. Dixit Serap. cum bibitur ex gariot.ʒ.ſ.cuȝ lacte in ieiunio corroborat potentiaȝ.ſ.coitus. Dixit Gal.8° de ſimplici medicina radix maior teſticulorum canis multam habet humiditatem ſuperfluam ⁊ ventoſam ⁊ ꝓpterea venerea prouocat bibita: minor vero eius radix nō ſolum prouocat ad operandum contrarium detinet enim ⁊ prohibet ab eis. Dixit Auic. medicie ſingulares ad coitum ſunt ex ſeminibus quidē ſemen napi: ⁊ caulis ⁊ vrtice: lupini: ⁊ eruce: ⁊ alcherua ⁊ baucie: ⁊ mente ⁊ ſpargi ⁊ rafani: ⁊ artetice: ⁊ api: ⁊ melonis: ⁊ petroſelini: ⁊ cordumeni: ⁊ lini: ⁊ ſiſamini: ⁊ alcalcula macropiperis: ⁊ ſemē eiſbange.i.cardamomi minoris: ⁊ grana araſced. ⁊ grana ben. ⁊ oleum eius: ⁊ grana alchichil: ⁊ grana azalen. ⁊ fenugreci ⁊ proprie decocti cū melle ⁊ poſtea exſiccati. Grana vero ſūt ſicut cicer ⁊ fabe ⁊ faſeoli ⁊ que ſunt eis ſimilia. Cortices aūt ſunt ſicut cinamomum ⁊ macis ⁊ alaſe ⁊ taliſaſar. Et medulle ſunt ſicut pince: lingua auis. grana virida: ⁊ alchichil: ⁊ fiſcici: ⁊ auellane. Et gūmi ſunt ſicut dragagantum ⁊ aſſa: qm̄ ipſa inflat valde nā cum infirmus bibit ex ea aur.j.cū vino magnificatur eius iuuamentum. Et radices ſunt ſicut radices aluſ. ⁊ ben. ⁊ zedoaria: ⁊ coſtus dulcis: ⁊ teſticulus vulpis nam ipē eſt fortis in erectione: ⁊ ſpargi ⁊ radix cardi: ⁊ cepe proprie aſſatuȝ: ⁊ ſquilla aſſata ⁊ ſeccacul: ⁊ zenzi. ⁊ proprie ambo condita: ⁊ galange: ⁊ piretruȝ ⁊ radix aſech. ⁊ aſari. Et de cōpoſitis vtilis: eſt ꝙ recipiatur de ſemine lini pars.i.ſ.⁊ conficiat' cū melle aut ipſius puluis cum vitello oui ſorbeatur ⁊ libidinē auget ⁊ ſperma. Et quādo ſumitur omni die de paſta confecta ex pineis contritis cum paſſul.enucleatis ⁊ bibitur poſt ipſum vinuȝ dulce eſt vtile: aut ſumit' poſtea confecta cum granis pinee cum zucharo melle ⁊ zinzi. ⁊ ſit doſ.eius.a.ʒ.ij.vſq;.vj.ʒ.cum vino dulci. Dixit liber abſq; auctore ſumatur aque de cepis: rotulus.j. ⁊ miſceatur cum rotulo.ſ.mellis ⁊ decoquatur ad conſumptionē aque ⁊ ceparum ⁊ ſumatur ex eo quando itur dormitum ad modum.ʒ.j. Et dixit. ℞.agni ānualis.pinguis caput ⁊ pedes ⁊ latus dextrū ⁊ confringe ea vehementer ⁊ pone in vaſe figuli vel eneo ſtagnato ⁊ cum eis miſce de frumento fracto.ʒ.50.⁊ cicerum fractorum ʒ.30.⁊ ciceruȝ imperatoris recentis.ʒ.30.cartami fracti ⁊ fenugreci an.ʒ.io.ſeminuȝ aneti paſtinace ceparum porrorum vrtice eruce ⁊ trifolij aā.ʒ.vij.paſtinace ſilueſtris.ʒ.io.ſeminis apij ameos ⁊ ſatirionis aā.ʒ.iij.coquantur cum rotulis.i.ſ.aque donec coquatur caput bene ⁊ liquefiat: deinde agitetur bene ⁊ coletur. Et. ℞.huius iuris rotul.ſ. ⁊ pinguedinis iuris ipſius rotuli vnius terciaȝ nucū cheirini granorum viridium ⁊ olei muſcelini aā.ʒ.io.mellis.ʒ.i.ſ. butyri.ʒ.io.⁊ cliſterizet'. Dixit Raſ. hoc eſt electuarium medullarum ad augendum in luxuria. ℞.amigdo.auellanarum fiſticorum nucis indue excorticate fructus pini granorū chilchil granorum ſelem viridium aā.p.j.neramiſch pipis longi zinzi.ptis vnius ſextam penidioruȝ ſatri.i.electorum in ꝗ̄titate in qua diſtemperara omnia poſſunt ⁊ ſumendum eſt de eo quolibet die ad modum oui ⁊ bibendum eſt poſt ipſum de lacte in quo infundantur dactili. Electuarium bonum ⁊ vtile. ℞.pinearum fiſticorum auellanarum aā.℥.j.⁊.ſ.granorum cotti caudarum ſtinci cerebellorum paſſerum maſculorum aā.ʒ.iij.radicum ſatirionis recentis ſub cineribus coctarum ⁊ mūdatarum.ʒ.iij.penidiorum butyri recentis aā.℥.iij.teſticulorum verris vel arietis aſſatoruȝ numero duos vel plures ⁊ omnia in mortario terantur ſigillatim poſtea cuȝ butyro incorporentur deinde proijciat' ſuper ipa zuchari. albi.lb.i.ſ. ⁊ ſit zucharum diſſolutuȝ in brodio pingui pipionū in quo baucie ſint decocte: ⁊ poſtea ſit dictum zucharum ad ſufficientiam decoctum ⁊ cum eo bene incorporentur omnia ⁊ cum tepere inceperit ſuperponatur puluis qui ſic fit. ℞.ſeminis eruce ſilueſtris florum palmarum ⁊ zinzi.albi.aā.ʒ.iij.galange cardamomi aā.ʒ.ſ.cinamomi ſeminis napi ⁊ ſeminis ceparum aā.ʒ.j. Liber abſq; auctore coquatur mel anacardorum cum melle apum ⁊ butyro vaccino dum inſpiſſet' ⁊ miſceantur abſq; ebulitione ⁊ ſumatur: ex eo ad modum ciceris penes dormitum: qm̄ excitat luxuriā tota nocte ⁊ eſt mirabile valde. Et Auic. de hoc dixit. ℞.mellis anacardi ⁊ mellis: apum ⁊ butyri vaccini aā.partes equales ferueant ⁊ bibatur ex eo quod tolerat ex eo in vino. Eſt enim mirabile dicunt quidam magis ad infrigidatos. Electuarium gloſatorum. ℞.caudarum ſtinci.ʒ.i.ſ.ſeminis napi ⁊ baucie ⁊ cepe albi dulcis ⁊ vrtice ⁊ eruce aā.ʒ.j.trium piperuȝ aā.ʒ.v.piperi.ʒ.io.lingue auiſ.ʒ.vj. cerebellorum paſſerum.ʒ.iiij.teſticulorum gallorum.ʒ.j. pinearuȝ ʒ.i.ſ.conficiantur cum butyro ⁊ melle. Aliud. ℞.ſatirionum viridium radicis baucie pinearum aā.ʒ.xxv.zinzi.aniſi ſeminis eruce. ʒ.xij.ſ.caudarum ſtinci cinamomi ſeminis bulbi aā.ʒ.v.muſci grana.xv.conficiantur ſic radices optime ablutas inciſas ⁊ tritas cū melle decoque: deinde caudes ſtinci ⁊ ſemē bulbi nundum tū bene facta decoctione adde ⁊ ab igne depoſitis ceterarum ſpecierū puluereȝ

Vide hic medicinas ſingulares facientes pro coitu.

Vide hic electuariuȝ mirabile ꝓ debilitate erectionis ⁊ coitus.

supermitte ⁊ bene ⁊ diu permisce et in vase vitreo reconde dos.
ʒ.j.mane et sero cum condito vel careno. Sirupus vel iulep con-
ueniens. ℞.yringorum pastinace et eruce pinearum dactilorū et
caricarum et testiculorum vulpis añ.ʒ.ij.cōquassent̄ ⁊ decoquā
tur ⁊ colētur et addito melle vel zucharo fiat iulep.aromatizatū
cum musco. Rasi.xi° cōtinentis. ℞.seminis ceparū albarū testicu-
lorū vulpis cerebellorum passerū florū palme turis masculi añ.ʒ.
ij.informētur pillule cū aq̄ calida i modū ciceris ⁊ dent̄.v.aut.vj.
⁊ nō pulueres q̄r multū sub viro deficeret. Et posuerunt has pil-
lulas Giliber. ⁊ glosator ⁊ etiam Gentilis: ⁊ dixerunt loco palma-
rum poni semē eruce siluestris. Dixit Chiranus. ℞.seminis eruce
ʒ.4.piperis.ʒ.j.cōfice cū melle ⁊ si quis iam sit ꝓuecte etat̄: ⁊ ha-
beat mēbrum dissolutum. ℞.seminis eruce.ʒ.xvj.cimini.ʒ. pipe-
ris longi.ʒ.iiij.seminis portulace.ʒ.ij.tere ⁊ confice cū melle ⁊ de-
tur mane ⁊ sero est enim incōparabile.

Uide hic electuariū incomparabile ꝓ vigorando coitum.

¶ De approximādis aūt ab intus per inferius dixit Haly. chlistere qd̄ venereum auget ap-
petitum. ℞.caput ⁊ pedes pecudū ⁊ testes ⁊ nucam edorum ⁊ ci-
cerū ⁊ tritici ⁊ ꝑsorū añ.ʒ.xx.aneti blitis eruce mēte añ. M.j.seliei
subicisi.ʒ.xx.nucleorum nucū ⁊ ficuū añ.numero.x.coque omnia
cū libris.xij.aque donec ad tertiam redeat ⁊ tolle ex ea.lb.j. ⁊ olei
sisami.recentis ⁊ butyri vaccini añ.ʒ.ij. ⁊ olei baucie ⁊ liliorū añ.
ʒ.5. ⁊ musci obulū.5.confert enim hoc infratis. Aliud eiusdem qd̄
cōfert calefactis. ℞.cap̄.ouis ⁊ pedes ⁊ latus dextrū ⁊ citrullos ⁊
cucumeros cucurbitā ⁊ alteam ⁊ ordeū exspoliatū ⁊ spargos vi-
rides ⁊ surfur simule ⁊ galline adipē ⁊ anatis ⁊ in aq̄ fortiter de-
coq̄ ⁊ adde butyrū vaccinū ⁊ oleū: viol. ⁊ vtere hoc chlisteri tri-
bus diebus mane ⁊ sero. Chlistere Glosator. ℞.iuris capitis pas-
serum ⁊ pullorum colūborum ⁊ testiculorū arietum.lb.j.5. ⁊ chli-
sterizetur. Aliud qd̄ est vtile. ℞.testiculorū arietū ⁊ capitū passerū
⁊ pipionū ⁊ adipis renū pecudis ⁊ carnis earum ⁊ nuce edi añ.
lb.j.contundant̄ ⁊ decoquātur in aqua sufficienti ⁊ recipiat̄ ex ea
lb.j.olei sisamini recentis ⁊ olei nucis añ ʒ.j.5. ⁊ butyri recentis.ʒ.
ij. ⁊ lactis ouini.lb.5. ⁊ iterum decoquat̄ donec ingrossescat ⁊ chli-
sterizet̄ ⁊ chlistere debet fieri ad ascelationem consuetam vt diu
teneat̄ fiat tñ in ieiunio.

¶ De approximādis tñ ab ex̄ dixit Rabi ingredi debet balneū aut ponat̄ in calida aq̄ per horā deinde tere
piretrum ⁊ euforbium bene ⁊ miscēdo cum eis modicū musci dis-
solue in oleo sambucino ⁊ vnctio cum eo fiat in volis manuū ⁊ pe-
dum ⁊ testiculis ⁊ pectine: q̄m potenter facit ⁊ expertum est ⁊ dz
fieri post nutrimēta bona ⁊ chlisteria vtilia. Ait Ras. dico q̄ debz
chlisterizari pluries ⁊ cōmedere id quod excitat luxuriam ⁊ plu-
res dies abstinēdo se a coitu deinde fiat inunctio cū predictis. Ait
liber absq̄ auctore nō est res ita perfecta in erectiōe veretri sicut
inunctio eius ⁊ prepucij ipsius ⁊ partium adiacentiū ei cū eo quod
pungit sicut cum baurach ⁊ melle ⁊ piretro oleis calidis buliat̄
sinap̄.in oleo ⁊ cum eo inūctio fiat et erigitur valde. Dixit Alber-
tus quādo caput virge inungit̄ cū balsamo distemperato ꝑcreat
multum appetitum coeundi ⁊ facit cito sperma exire. Et dixit alid̄
.s.si muscus cum vino distemperet̄ ⁊ cum eo renes inungat̄ po-
tenter facit ad coitum. Et dixit. ℞.euforbij et piretri añ.ʒ.j.coque
in tribus rotulis aque ad cōsumptionem ⁊ cū eo vnge ⁊ erectio
nō cessabit. Formice ⁊ oua earum ⁊ proprie que tendunt ad citri-
nitatem buliant cum oleo in vase vitreato in furno deinde appōa-
tur puluis seminis cepe ⁊ eruce ⁊ euforbiū et castoreum ⁊ addi-
ta cera fiat vnguentum cum quo genitalia inungantur. Dixit iu-
deus piretri.ʒ.ij.cinamomi.ʒ.j.euforbij.ʒ.5.terant̄ valde cum.ʒ.j.
olei sambucini fini et cum ea vngat̄ veretrū testiculi pitoreon ⁊
pars inferior pedum ⁊ fiat fricatio cum eo vehemēter valde do-
nec locus rubeat exinde. Dixit itaq̄ Auic. que leniunt̄ abstergen-
do.i.fricando illiniri debent donec subintrent et fricatio iuuet ei in
calefaciendo et attrahēdo. Dixit tñ Haly. illine cū lilij oleo et nar-
cisci et cheiri et costi iuxta frigiditatis magnitudinem et debilitatē
sed calefactos illine cū oleo viol. vel nenufarino. Et ad calefactos

Uide hic inūctionem nō habētē rē parem in erectione membri.

confert quod dixit Gilber. s. q̄ vngātur et genitalia cū succo sem-
peruiue de quo dixit q̄ coitum confortat̄ et delectationem mulie-
ribus prestat in coeūdo. Dixit Rasis.xi° continentis: cauda cerui
sicut est preter pilos longos qui sunt in ea comburātur et cinis eius
distemperet̄ cum vino potenti et cum illo illiniant̄ genitalia facit i
erectione veretri sic q̄ in fortitudine eius erit nociuū. Dixit Auic.
ʒ.5.piretri misceatur cum oleo sambucino bono et quādoq̄ misce-
tur cum eo euforbium ⁊ muscus ⁊ vngatur cum eo virga alba-
gent.i.bursa testiculorū ⁊ que sequūtur eā vt pitoneō: pectē femo-
ra: āche: ⁊ renes. Giliber. liquefiat auxūgia vulpina et ea liquefa-
cta misceat̄ cum succo eruce in equali q̄titate ⁊ buliant cū eis te-
sticuli iulep. vsq̄ ad dissolutionē et succi cōsumptionem ⁊ colet̄ et
admisceatur colature cera ⁊ ea liquefacta deponat̄ ab igne et po-
natur puluis factus de semine cepe albi et eruce ⁊ baccis lauri ⁊
inungat ex eo super renes ⁊ virilia. Inunctio vtilis. ℞.olei iringo-
rum olei rafani añ.ʒ.iij.olei sinapis.ʒ.vj.misceatur in vase vitreo ⁊
in eo apponantur formice citrine que ponderent.ʒ.5. ⁊ claudatur
os vasis ⁊ ponat̄ sub sole.p.x.dies ⁊ de ista inunctione inūgantur
virilia: ⁊ qui sunt in remotione eius a sole addunt paruū musci ⁊
est efficatior: ⁊ multum facit ad erectionem ⁊ desiderium inūctio

Uide hic q̄ si fuerit sempuiue inunctus apud genitalia valet si nocumentum ꝑuenit a mā cal'a

cū felle verris vel thauri. Dixit Simeon supponat̄ sis de pingue-
dine asini: q̄m mirabile erit: aut supponatur bombix inunctus in
oleo muscelino vel alio calido.

¶ Qd̄ si diminutio fiat vitio prin-
cipalium regantur principalia sicut ipsorum dispositio reqrit. Dix
Aaron. diamuscus erit bonus ei. Et si fuerit ex mollificatiōe dige-
ratur mā ⁊ purgetur: deinde exsiccatio fiat cū ab intus sumptis
⁊ ab extra approximatis. Dixit Tabei. confert ei inunctio facta ex
oleo sinapis. Dixit Ras. dico q̄ oleum ciperi durum facit veretz
inunctū.

¶ De valētibus tñ a proprietate dixit Rasis.xi° continē-
tis qui ligauerit fel vrsi super femur dextrum poterit coire quoti-
ens voluerit ⁊ nō nocebit ei. Et dixit veretrum cerui aut testiculi:
si desiccantur ⁊ terant̄ ⁊ bibantur erigent veretrū valde. Si sup
posueris capiti mulieris dormientis lanam in qua de sanguine vesp-
tilionis collectum fuerit excitabitur in ipsa libido. Liber absq̄ au-
ctore veretrum thauri macilēti desicca ⁊ tere illud ⁊ modicū de
puluere eius pone in ouo sorbili ⁊ da: q̄m negocium eius erit mira-
bile valde. Lapis exelenos qui est lapis speciosus cum quo aurifi-
ces limpidant aurū bibitus cum aqua vel vino in tm̄ fortificat coi-
tum q̄ homo fatigatur eo. Lapis galli portatus venerem excitat
multum ⁊ galanga in ore retenta facit ad erectionem. Et cura ad
defectionem coitus ꝓueniētem ex maleficio est tiriaca sumpta cū
succo ipericon. Et ipericon emplastretur renibus: q̄m vt dicūt ma-
leficia soluit. Et vide a constantino in pātegni de his qui cum vxo-
ribus coire non possunt sicut vidi in domino honorato honorabi-
li fundorum comiti.

Uide hic q̄ ipericon dicit̄ val3 ad defectionem coitus ꝓueniētem ex maleficio.

¶ Caplm 7m de multitudine desiderij coitus.

Satiriasis dixit Gilib. dicit̄ a satiris dijs infernali-
bus ꝓnis.s.in libidinem excitandam in hoībus vel
dicitur a saltu vel a saturitate. Et ab Aui. dicit̄ mul-
titudo desiderij coitus est enim concupiscentia libi-
dinis magna cū executiōe coitus. Est ⁊ duplex: vna q̄ prouenit ex
virtute forti ⁊ sana in corpore robusto cū multa mā spermatica: ⁊
ista inter egritudines nō numeratur. nam q̄uis similis multitudo
desiderij in aliquo corpore existēs foret in ipso egritudo ꝓsternēs
virtutes eius in corpore tñ robusto sane virtutis virtutes eius nō
delet. Et ideo dixit Aui. q̄ quādo est cū fortitudine virtutis ⁊ san-
guineitate.i.cōplexione sanguinea calida ⁊ humida.i.cum virtute
sanguifica forti gnātiua multi sanguinis ⁊ sanitate complexiōis ⁊
adolescentia etatis absq̄ successione debilitatis nō est necessariū
vt occupatio sit in regimine eius ⁊ cōfractione ipsius.i.diminutio-
ne vel abscisione ipsius: q̄m fractio eius in tali dispōne atterit aut
vt dicit littera extra inueterat complexionem ⁊ destruit virtutem
propter sui nocumenti vehemētiam.

¶ Scias enim dixit Auic. q̄ generatio spermatis confortat corpus ⁊ cor ⁊ ꝑuitas gnātionis
eius corrūpit calorem ⁊ debilitat memoriā ⁊ intellectū: ⁊ intellexit
per gnātionem spermatis multiplicationem eius cōuenientem. Et
per paruitatem generationis eius paucā generationem respectu
superflue eiectionis eius. Superflua enī eius emissio debilitat ⁊
corrūpit colorē ⁊c. Uel per gnātionem intellexit prohibitionē cō-
uersiōis materie in spma: etenim multi sunt qui stulte curant ⁊ ap-
plicant res frigidas ⁊ stipticas renibus ⁊ genitalibus ⁊ sic ꝓhibēt
attractionem māe nutrimentalis superflue ad ea que nō trāsit in
sperma nec expellitur ⁊ retenta corrumpit calorem naturalē imo
⁊ perducit ad inuridationē corporis totius ⁊ debilitat memoriam
cum humiditate superflua ⁊ debilitat intellectum ingrossando: ⁊
perturbando spūm animalem: ⁊ sic etiā debilitat omnes alias vir-
tutes. Alia species eius est predicte opposita ⁊ est illa ad quā succe-
dit virtutum debilitas ⁊ est illa que ab auctoribus inter egritudi-
nes nominatur q̄uis in se confirmata est accidens

Uide hic q̄ supflua emissio spmatis debilitat corpus ⁊ corrūpit colorem.

De causis

huius dispōnis dictum est supra q̄ sunt
generaliter opposite cause diminutionis
coitus. In spāli tñ dixit Gal. 6° de interioribus ⁊ ponit̄ sic.xi° con-
tinētis. cū meatus spermatis sunt fortiores excitatur eis passio q̄m
dimittitur coitus in maiori parte coitus: generat enim hāc passio-
nem sperma aggregatum in corpore abundans ⁊ superfluitas san-
guinis nō fuerit cōsumpta per exercitiū ⁊ euacuationem excitabi-
tur in ea hec passio. Et dixit quibusdā accidit ex ventositate infla-
tiua ⁊ quibusdam accidit ex apertione orificiorum arteriarū ipso-
rum: vni ergo eorū contingit eo q̄ a coitu diu se abstineat nō ha-
bens hoc in consuetudine. Alij vero: q̄m manducauit cibos cali-
dos ⁊ auctos. quibusdam vero q̄r femora sua causa itineris duo-
bus mensibus eheserunt nō habentes hoc in vsu. Unde cogno-
uimus ora arteriarum istarum aperta fuisse: qbusdam vero pro-
pter accrumina ciborum: ⁊ alijs propter inflatiuam ventositatem
inordinate ⁊ impetuose ad genitalia euntem. Sed ⁊ medicina ve-
retrum extendēs erigens ex impositiōe quorundā iter testiculos
⁊ anū: vt sup femoribus vētositatē facitiū fit ⁊ nō solū medicine.
Sz ⁊ quidā cibi multā generāt sperm atis q̄titatē ⁊ augēt ⁊ coitū
suscitāt. Ideoq̄ qui abstinēt se a coitu cadit in papismū si multum
spma habuerint. Sz tñ magis cōuenit eis qui de coitu cogitatiōe

aut cā matricis: aut secundine: aut causa vicinantie. s. membrorum cōicantiū ei: aut cā hore ptus: aut cā obstetricis: aut ꝑpter causas primitiuas. ¶ Et declarans has cās Aui. pticulariter incipiens a pma dixit ꝙ facta ꝑpter cām pregnantꝭ est vt qr sit stricta. i. tota habitudine gracilis: non stricta vt qdam dicunt fm orificiū matricis: nā ista cā tenet se ex pte cāꝝ matricis: aut vt sit debilis vl naturaliter: vel qr passa egritudines debilitantes: aut famē vel longam abstinentiam: aut qr nō sit ꝯsueta ipregnatiōi ⁊ partui: ⁊ ē timida: ⁊ inde fit timor eius maior: ⁊ dolor eius est vehemētior: vñ refugit ab expressione ⁊ conamine ad expellendū. ¶ Mulieres aūt assuete parere facilius piunt: qr assuete fūt illis laboribus hñt insup vias latiores. Aui dixit Aui. qr est anus. i. antiqua vt pꝰ. 40. annos ⁊ ex antiqtate est debilis: aut qr ē plurime adipis vel vehemētis pinguedinis hñs strictum almezez. i. mirach cuius mezem non dilatatꝰ: ⁊ non adiuuatꝰ mēbrū vehementꝭ frigoris. s. exnō cōpressione lacertoꝝ ventris. quasi dicat mulieres pingues pariunt cum difficultate: qr sunt cōstricte ⁊ opilate: ⁊ paꝝ caloris nālis habentes: ⁊ sic debiles nec bñ adiute a cōpssione mirach virilitꝰ fetum expellere non pñt. Aut dixit Aui. qr est parue tollerantie in dolore: sed est vehementꝭ pmutatiōis ⁊ ingetudīs quare pducit illud ad cām aliā que est alteratio. i. pmutatio figure infantꝭ ab eo qꝺ ꝯuenit ptui naturali ⁊ facili. ꝙuis. n. fetus sit de se fm figuram nālis partus: pmutatꝰ aliqñ ab eo ꝑpter multam pmutationem et reuolutionē matricis sue de figura in figuram. ¶ Dixit Ar. pꝰ de gnātione aīalium necesse est difficilem ptum esse ꝑpter longitudinem lationis: qꝺ pz: qr si mulieres circa ptum retrahantꝰ oscitantes vel aliqꝺ tale facientes difficulter pariunt. ¶ Dixit Gal. 5ꝰ afo. ⁊ ponitꝰ sic 9ꝰ cōtinentꝭ pficitꝰ difficultas ptus in subuersione in dispōne frigida ⁊ corpore solido denso. ¶ De 2ꝰ causa dixit Aui. ꝙ facta ꝑpter fetum: aut est ꝑpter genus. i. sexum eius: qm femina penitus est difficilioris ptus ꝙ masculus: aut est ꝑpꝰ magnitudinem eius multam vel paruitatē. s. qua paꝝ grauat matricem: qr ipse non mouetꝰ motu forti ad expulsionē eius: aut ꝑpter magnitudinē capitꝭ eius nālem vel accidentalem: vt qñ repletus est multa aqua: aut ꝑpter grossiciem corporis eius nālem: vel accidentalem: vt qñ est hydropicus: aut ꝑpter leuitatē vt dicūt qdā qua effugit a cōpressione. Alia littera hz ꝑpter tenuitatē vel leuitatem. s. virtutꝭ eius: qr. s. est debilis: quare non submergitꝰ cum fortitudine. s. ad erumpendū pāniculos ⁊ exeundum: aut ꝑpter alterationē creature: vel plasmatꝭ sicut si sit ille qui duo capita hz: vel alia membra monstruosa plura vel magna: aut sit ille quē compmit numerus embrionū: vnde fortasse. n. in ventre vno sūt qnqz: imo qñqz est numeratio maior ista qui parui sunt ⁊ diuersi: ⁊ qñqz est numeratio plurima valde ī chisti vna. s. secūdina vna. Aulus gelius de noctibꝰ atticis lib. 10. dixit ꝙ Ar. phs memorie tradidit mulierem in egypto vno ptu qnqz pueros enixam eūqz eē finem dixit nec vnqꝫ plures vel genitos simul comptuz fore huncqz numeꝝ ait rarissimū: sed ⁊ duce augusto impante qui tpe eius historiam scripserunt ancillam cesaris augusti in campo laurente pepisse qnqz filios dūt eosqz pauculos dies vixisse matreqz eoꝝ nō multo tpe postꝙ peperit mortuā. Aut dixit Aui. qñqz fit ptus difficultas qr fetus est mortuus vl quasi mortificatus quare nō fit ei. s. matri vel matrici adiutoriū in pariendo per motū ipsius fetus: ⁊ qñz fit difficultas ptus: ꝑpterea ꝙ figura exitus eius est non nālis sic cū egreditꝰ sup pedes suos aut sup latus suū ⁊ manus eius sunt plicate: aut distorte sup coxas ⁊ genua eius. Et istō. i. figura ñ nālis fit ꝑpter corruptionē motuum. i. ꝑpter malum motū embrionis: aut ꝑpter multitudinē ingetudīs patientꝭ. ¶ De 3ꝰ aūt cā dixit Aui. facta cā matricis est vt sit matrix parua in qua coartatꝰ incessus. i. reuolutio fetus ⁊ exitus eius extra: aut sit sicca valde in qua non est lubricitas: quare lubricare non pōt fetus: aut sit in ea constrictio valde. i. densitas multa in creatiōe sua: vel ꝑpter vlcerum eius consolidationē: aut ꝑpter reliquas spēs ꝯstrictiōis ꝑpter qs non pōt matrix ꝯtrahere vt viriliter exprimat: aut qr sit in ea aliq egritudinū malaꝝ sicut flegmon: aut vlcera: aut ragadie: aut sūt in matrice emorroydes. ¶ Et dixit Ras 9ꝰ cōtinentꝭ ꝙ quotiēs mulier passa fuerit fluxum sanguinis de matrice ante exitus ferꝰ difficilis erit ptus eius. aut dixit Aui. qr fuerit iam clausa. i. velata scz quodā pāniculo ⁊ non fuerit scissuz istud siphac ab ore eius. s. scissione cōpleta quare eius dispō est sicut dispō constrictionis matricis in creatiōe sua. ¶ De 4ꝰ cā dixit Aui. facta ꝑpter secūdinā est vt secundinā non dirrumpat ꝑpter grossiciez suam: quare nō inueniat fetus euasionez. i. exitum ab ea: aut qr secundina rūpatꝰ a fetu velociterꝰ: ⁊ egrediantꝰ humiditates plurime ante cōplementum fetus. s. ad exitum vel ad motum: quare non inueniat euasionem in egressione maxime ab illis humiditatibus que iuuant ad partum facilem. ¶ Dixit Ras 9ꝰ cōtinentꝭ ꝑpter subtilitatē secūdine scinditꝰ añ ptum: ⁊ egreditꝰ humiditas p spatium longi tpis añ ⁊ est cā difficultatꝭ ptus: ⁊ hoc ego pluries vidi maxime ī dña bartolomea vxore falconis de perinis ⁊ dicunt tunc mulieres ꝙ facta est aquarola. ¶ De quīta cā dixit Aui. ꝙ facta vicinantium cā membroꝝ: aut cōicantiuz matrici est vt sit apa in vesica: aut nocumentuz aliud ex fixione. i. retentione vrine. s. multe ⁊ aliqs: aut sit in intestino maxime ī recto fex sicca plurima: aut apa in eo: aut sit colica alterius generis: aut adsint emoroydes aut ragadie ani Aut dixit Ras 9ꝰ ꝯtinētꝭ sit matrix mulieris extenuati flanti. i. ventris. Et Auicē. dixit sicut si sint ilia mulieris subtilia. i. gracilia: aut vt dicunt qr si totū corpus debile paucoꝝ spirituū nāliter vel accidentaliter. ¶ De 6ꝰ aūt cā dixit Aui. facta cā hore ptus est: vt sit fetus velox in administratiōe. i. ꝑuocatione ptus ⁊ ordinatiōe eiꝰ quā facit ad eundū extra: ⁊ non depastus. i. deputatus est ad hoc a qualibet grauedine rei sup se. i. non mouet ad exitum ꝑpter aliquā grauedinem vel rem grauantē sup se sicut sepe cōtingit istud si pseuerauerit. i. pseuerare debuerit in morando intus: quare accidit ꝙ difficilis factus est ptus eo non exñte forti. s. ad faciendum partum: tunc ꝑpter aliquā cāꝝ debilitantiū. Et si fuerit fortꝭ hz ꝙ oportet. s. in sc̄erit tū debilis. s. qr mouebitꝰ ante tps. Et non fm ꝙ oz: quare motus fit in non suo tpe sicut dicit Serap. ¶ De 7ꝰ āt cā dixit Aui. facta ꝑpter cās pmitiuas est: sicut si fiat forte frigus quare fortis fiat cōstrictio membroꝝ partus: ⁊ ꝑpter illud multiplicatꝰ ptus difficultas in regionibus ⁊ ventis septētrionalibus: ⁊ fit tpibus ⁊ regionibus frigidis difficilior. s. ꝙ in calidis: aut fortis fiat calor in aere: quare fortis fiat mollificatio. i. vtutis dissolutio. Dicunt facilius paritꝰ in vere ꝑpter aeris temperiem: ⁊ vtutꝭ fortitudinem. Deinde in estate ꝑpter aptionē meatuū: non tū sicut ī vere: qr virtus in estate exoluitꝰ: ⁊ plus valet ad partuz fortitudo virtutis ꝙ amplitudo meatuū ⁊ post estatem in hyeme: ⁊ vltimo in autūno: qr in eo virtus est magis dissoluta ⁊ plus facit ad difficultatem ptus virtus dissoluta ꝙ meatus ꝯstricti: aut dixit Auic. vt adueniat parturienti tristitia: quare non sunt ei contristantia nūcianda. Aut supple superuenit ei error in regimine aliaꝝ sex reꝝ non nālium sicut si vigilauerit superflue si se mouerit vel in aliqbus stipticis se balneauerit: aut vsa fuerit cibis: aut potibus stipticis: aut fame vel siti afflicta fuerit: aut ⁊ si in tpe pestilentie paritura venerit ⁊ sicut dixit Aui. si mulier sit plm vtens aromaticis. i. odoramēto eoꝝ: ⁊ fiat ex hoc matrix eoꝝ assidue attractiōis ad supiora: ꝯtra motus ptus. Quapropter non oportet apud difficultatez ptus ⁊ casū vtutꝭ. i. in dispōne in qua ꝯiungitꝰ difficultas partus cuz casu virtutꝭ: vt olfaciat aromata supra retentionē necessitatꝭ ī reductōe virtutꝭ pluri tpe ꝙ necessitas regrit pro viuificatione vtutꝭ. Cū enī redierit virtus alienanda sunt aromatica ab odoramento eorum vt non ascendat matrix ad supiora versus ea: ⁊ si. i. ꝙuis cadat. s. iterato vtus post additionē eius. Et ex causis extrinsecis est error obstetricis in preparando ⁊ subueniendo ei. dicunt ꝙ si paꝝ ante tps pariendi: vir coeat cū muliere festinat partum ꝑpter motum ⁊ girationem capitis fetus.

Et predictis contrarie cause sunt facilitatis partus.

Signa partus facilis: dixit Aui. ex eis que securitatem faciunt partus ē vt sit ingetudo. i. molestia ⁊ dolores partus decliues ad inferiora: et hanelitus bonus. Et dixit cum patet secundina: scitur ꝙ fetus festinat. Dñt ꝙ qñ sentit mulier dolorem ante ptū in anterioribꝰ declinantem ad pectinē tūc ptus erit facilis. Cū vō declinat ad posteriora erit difficilis. Et dicunt cū dolor fuerit fortꝭ pmanēs in supioribus ⁊ non declinat inferius: vel si descendat declinat ad posteriora: tūc ipsa pariet difficulter ⁊ precipue si alias assueta fuerit cū difficultate parere. ¶ Dixit Aui. Signa difficultatꝭ ptus sunt vt sentiat dolorem ante ptum: ⁊ post ipm. i. postꝙ ceperint apparere signa partus in supioribus ⁊ sigdem declinat dolor ad pectinē fit facilis partus. Et si declinat ad posteriora. s. ad renes fit difficilis.

Signa causarum dixit Gilib. magnitudo fetus cognoscitꝰ p nimiā inflationē ventris per obstetricis iudicium. Et debilitas matris p cipitꝰ: qr sit puella: supple vel anus: aut qr sit passa egritudies: aut alias cās resolucntes. Dixit Gordo. si mater sit fortis ⁊ cause primitiue nec alie apparent: tunc ptus est difficilis ꝑpter secundinaz Et si est ꝑpter fetū mortuū tūc est magnus dolor circa vmbilicū: ⁊ fe. lenta ⁊ discoloratio faciei: ⁊ fetor hanelitus: ⁊ ascensio vaporum horribiliū ad supiora ⁊ imobilitas ventris ⁊ vigilie ⁊ instātia ¶ Amplius inferius ponentꝰ signa alia fetus mortui. Dixit Ras 9ꝰ cōtinentꝭ quelibet mulier cuius sputū multiplicatꝰ ante partum pariet cū siccitate ⁊ fiet partus eius difficilis. Dixit Gal. 5ꝰ afo. et ponitꝰ 9ꝰ cōtinentꝭ sic accidit. s. aliqñ ex difficultate ptus incisio venaꝝ in pectore ⁊ in matrice: ⁊ inde accidit aliquotiens incisio neruoꝝ ⁊ musculoꝝ extensione ⁊ paucitate cōcordie: ⁊ accidit aliqñ congelatio ⁊ fortasse tendit negociuz si corpus fuerit violente cōdensatiōis ⁊ scindentꝰ mirach ventris. ¶ Et Aui. dixit qñqz pducunt hmōi difficultates ptus ad magnitudinē ventris ⁊ inflationem mirach: ⁊ videtꝰ loq magis de ꝯuenientibꝰ a frigido. Et dixit qñqz pducit difficultas ptus ex causis pdictis: ⁊ ex medicamine constrictiuo ⁊ inspissatiuo. i. interius sumpto vel exterius apposito ad hoc vt incidantꝰ. i. rumpātꝰ vene in pectore ⁊ pulmone: quare perducit ad sputū sanguinis ⁊ tussim ⁊ ptisim: ⁊ qñqz pducit res in qbusdā eaꝝ ad hō vt tendatꝰ atꝰ ⁊ melius vt scindatꝰ mirach: ⁊ illud est qñ superfluit inspissatio. s. corporis: ⁊ mirach mulieris ī seipaꝝ

Uide ꝙ motꝰ motus partari ētis ī hora partus fit pa. tū aliquādo innaturalem.

Uide hō peperisse semel mulierē qnqz filios.

Uide hic ꝙ tam caliditas ꝙ frigiditas extreme faciant ptum difficilem diuersimode.

Uide ꝙ in hora partus non dꝫ mulier sepe ⁊ diu odorifera naribus apponere sed parum ꝑ cōfortatione virtutis.

Uide hic ꝙ quelibet mulier cuius sputum multiplicatur ante partum pariet cū siccitate ⁊ fiet partus eius difficilis.

se ꝯtrahens vt fortiter conet' ad expulsionē ⁊ non expellat. Dixit Johānicius forme male partus aut interficiunt fetū: aut matrem aut inde inflabit' fet' ex vehemētia exitus eius: ⁊ in maiori parte morietur: ⁊ non mitigata fuerit inflatio ante triduum ⁊ deterior exitus fetus est exitus laterinus. Dicunt in ptu difficili si vtus constans pmanserit ⁊ hanelitus fuerit bonus spat' saluus ⁊ maxime si fetus fortiter ⁊ quasi cōtinue moueri sentiat'. Et ecōuerso si virtus debilitat' ⁊ hanelitus fuerit malus ⁊ motus fetus est debilis. Qd̄ si pulsus cadit cum fortitudine ⁊ sudat sudore frigido ⁊ superueniat syncopis tunc mors super eam festinabit ⁊c̄.

Capl'm.iiᵐ de regimine facilitante partum.

Regimen facilitans partum qn̄z attendit' ante ptum ⁊ vtroqꝫ modo cōplet' dieta ⁊ potione. Et dieta qdē ante ptū cōsistit vt ꝓhibeant' sup pregnantē oēs cau e pmitiue suprapposite ⁊ eis siles que difficilem ptum faciunt: ⁊ cū hoc corrigant' cause intrinsece ꝫm ꝙ magis possibile fuerit. Inhabitet aūt aerem temperatū: aut ad caliditatē quādaꝫ declinantē in leticia ⁊ solacijs ⁊ nuncient' ei de parietib' alijs illo tpe v̄ba facilitatꝫ ptus ip̄aꝝ sine anxietate ⁊ lesione. Motuqꝫ vtatur temperato cuꝫ facilitate ⁊ fricatione extremoꝝ inferioꝝ facili. Et dixit Auic. cum pregnans appropinquat partui .s. p plures dies .vt .xv. vel .xx. tunc necessariū est vt assiduent balneationē: et tinam ⁊ melius est vt fiat extra balneū .s. extra cassaꝫ balnei: quia fiat in camera vel in domo sue habitationis ⁊ non vadat ad domum balnei stufe vel extra balneum .i. aerem calidū balnei si iret ad stupham ⁊ hoc vt non debilitet' ⁊ mollificet' .s. virtus ⁊ cadat ⁊ ītellexit de balneo dulcis aque solius: vel in aqua cocte sint res mollificantes sicut malua: bismalua violaria ⁊ radix lilij albi. Et post exitum a balneo: dixit Aui. administret' inunctio pectinis: et dorsi ⁊ coxaꝝ .s. ⁊ inguinū: cū eis que sunt sicut oleū camomillinū ⁊ anetinū: ⁊ de cheyri ⁊ alia ab istis: ⁊ de vtilib' est oleū liliaceū. ⁊ de amigdalis dulcibus: aut sisaminū mixtū cū pinguedine anatis ⁊ effundant in natura .i. vulua sua cerotaria subtilia .i. vnguēta liqda: olea mollificantia: ⁊ mucillagines mollificantes ⁊ sint tepida non frigida sed sint ad caliditatē ꝓpinqua: ⁊ ꝓpe cū est siccitas vulue ⁊ totius corporis cū vulua: ⁊ hec debent fieri cū magis appropinquat mulier partui. facilitant .n. partū quecūqꝫ aperiunt tēperate cū mollificatōe membroꝝ fetus vt habilitent' ad dilatandum ⁊ apiendū. Et dixit Aui. oꝫ vt in potu dent' ꝓpt' vel ꝓpe difficultatē ptus mense vno in om̄i die in ieiuno mucilagines sicut est mucilago citonioꝝ .s. cū mucilagine seīs lini. Viuatqꝫ ante partū ociose ⁊ dormiat ⁊ reges eius sit plus ꝙ̄ vigilia. Et oꝫ dixit Aui. vt interdicant' ei stiptiᵃ .s. ⁊ pontica ⁊ acetosa. Sed sit cibus eius ex oleribus mollificantibus ⁊ alfidebeget: ⁊ caro pinguis ⁊ gallina pinguis assumendo iura eaꝝ ⁊ vtant' passulis: ⁊ caricis ⁊ dacti is pinguibus ante cibū: ⁊ vinū bibant odoriferꝝ potius albū ⁊ si fuerit dulce erit melius: mediocriter limphatum cū aqua decocta ⁊ teneat' venter lubricus ⁊ non cōmedant ad saturitatem: ante cibi digōnēꝫ bibant. Dixit Raꝫ 9°. cōtinenꝫ. dico legi in pluribus libris ꝙ coitus factus cū hn̄te in vtero facit facilē partū ⁊ ꝓximū est rōni: qm̄ coitus excitat menstrua valde ⁊ ea emittit. Et dixit iteꝝ si habūdās fuerit coitus impregnāte: de leui fiet pt'. Et retulit mihi amicus meus ꝙ supposuit pregnantē tpe partus ⁊ coitus nocuit parturitioni ipsius hora cōplementi eius .s. coitus sed postea peperit de leui. Cum v̄o magis appropinquat ptui oꝫ mulier pregnans magis frequētare regimen dcm̄. Et cū p̄ns est partus ⁊ incipiunt accidētia eius locet' mulier in aere temperato cum declinatiōe ad caliditatē: ⁊ si est hyems: dixit Aui. accende i loco ignē pl'm ⁊ si est estas euenta ip̄m. Et dixit faciat eam odorare odores delectabiles in quātitate pua: qꝛ non in tm̄ ꝙ matrix contrahat' ad ipsa supius: sed quātum sufficit cōfortationi v̄tutꝫ vt melius se iuuet ad expellendū. Quidā tn̄ dixerūt ꝙ diu olfare oꝫ odores bonos delectabiles. nā ꝙ̄uis in non pregnante trahat' matrix per os ad supiora. In pregnante tn̄ ⁊ maxime apud partum non trahit' sursum ꝓhibente fetu. Misab an tn̄ 9° cōtinentis dixit frequens olfactio aromatū facit difficilem ptū. Cuꝫ inde matrix restringat' ad supiora: vn̄ vtendū est ea ad modū restaurationis v̄tutꝫ tm̄ .s. ꝙ fetus occurrit ad facilitatē ptus. Ideoqꝫ non oꝫ fieri aromatū olfactio nisi apud casum virtutꝫ. Ideo dixit Haly. Si syncop's acciderit odores olfaciat iocundos: ⁊ varient' odores isti ꝫm varietatē dispōnuꝫ: vn̄ dixit odorēt muscū ⁊ galiā ⁊ xiloal' si frigus fuerit. Sed si calor sandalū cū camphora ⁊ cum xiloal' fumiget' ⁊ sandalo .s. in tpe tempato. Sed dixit Aui. oꝫ vt suffumigēt vuluā suam cū musco ⁊ aromaticis. Et dixit Aarō fumiget' cū aliqua pte musci ⁊ ambre supple: vel alijs ⁊ fugiat tūc mulier iram furorē tristiciā ⁊ curas. Sed ꝯfortet' dixit Aaron solatio ⁊ elogo ꝯfortatiuo ⁊ vigilet. Et oꝫ dixit Aui. vt sedeat mulier hora vna ⁊ extendat pedes suos: deinde resupinēt' sup dorsū suū hora vna postea surgat subito ⁊ ascendat in gradus ⁊ descendat ⁊ clamet. oꝫ .n. ambulare p loca decliuia ascendendo ⁊ descēdendo vt fetus descendat ⁊ sua grauitate os matricis apiat. Qd̄ si debilis fuerit nō valens p seipsam ambulare sustentet' ⁊ fac eaꝫ sedere in aqua calida vsqꝫ ad vmbilicū maxime si solita fuerit balneari vtatur balneo aque dulcis decoctionis malue ⁊ altee. deīn vt dixit Aui. fac eā sedere sed tempa cessionē eius. Dixit Ipo. 5° affo. mulieri difficulter generanti .i. pturienti sternutatio superueniens bonū. facilitat .n. ptū qꝛ in sternutatiōe cōpmit' venter ⁊ mouetur etiā fortiter v̄ter in reditu eius a cōpressione post sternutationē ⁊ talis cōpressio ⁊ motus iuuant in expellendo fetum. Sternutatio etiā excitat v̄tutē expulsiuā: ⁊ ideo maxīe valet in difficultate partus facta ꝓpter pigriciam ⁊ sopitatē v̄tutꝫ expulsiue ⁊ precipue si frequens fiat sternutatio siue spontanea sit siue artificialr inducta: sed hoc ꝯstante v̄tute. non .n. oꝫ ꝓuocari v̄tute exn̄te debili ⁊ silr vomitus: tūc aūt maxīe ꝓuocari oꝫ qn̄ mulier accubat supra ventreꝫ suū genib' flexis ⁊ plicatis vmbilico. sic .n. egredit' fetus faciliter. Cuꝫ aūt magis appropinquat ptus ⁊ aperit': dixit Aui. os matricis paꝝ ⁊ incipit augmentari ⁊ aperiri tunc oportet vt fumiget' quātū possibile est .s. cū aromaticis ⁊ ꝓpe cū iam scinditur siphac .i. secūdina ⁊ laboret siti .i. paꝝ bibat ⁊ aperiat os suū quātū possibile est ⁊ intromittat aerē pl'm attrahēdo ip̄m narib' quāto plus pōt. hoc .n. extrahit fetū ⁊ secundinā. Dixit Gord. cuꝫ appropinquat magis ptus ⁊ rumpit' tela p̄ma ⁊ incipit exire quedam humiditas aquosa tunc attrahat hanelitū cū fortitudine ⁊ impellat fortiter versus inferiora: qꝛ talis impulsio est magni iuuamenti. Et dixit Aui. melius sup quo sedet' apud partū est scamnum posito puluinari post ipsam ⁊ istud fiat post aptionē oris matricis iam dictam ⁊ non ante. Dixit .n. Gal. 3° de virtutib' naturalibus ⁊ ponit' 9° ꝯtinenꝫ dixerunt obstetrices ꝙ pariture nō debent supra scamnū sedere neqꝫ cōpⁱmi debet qn̄ partarit nisi sit tactum fuerit os matricis ⁊ inueniat' ꝙ fuerit aptum tendens in augmento ⁊ aptione ipsius paulatim ⁊ cū pfectā aptōnēꝫ fecerit iuxta modū cōuenientē p̄mendā est ⁊ p̄cipiendū est ei ad exp̄mēdū ⁊ expellendū fetū ⁊ in tantū fiant iunctiōes pectinis ⁊ dorsi ⁊ membroꝝ ptus cuꝫ iunctionib' adipib' ⁊ mucilaginib' apientib' ⁊ mollificantibus mēbra p̄dicta. Et qn̄qꝫ est necessariū tibi vt clisterizes cū eis vuluā eius ita vt p̄cipias ꝙ ponat' sub anchis eius ita ꝙ sit resupina sup puluinar ⁊ eleuēt' pedes eius ⁊ aplant' coxe quantū possibile est ⁊ effunde in eam lubricantia ⁊ alia silia cum electione vltima in cāna cuius longitudo sit longitudo matricis .s. colli eius ⁊ plus ⁊ dimitte eam hora vna ⁊ vsqꝫquo testent' mulieres ꝙ os matricis eis apiat' iam ⁊ ꝙ humiditates iam incipiūt currere tunc ergo fac eam sternutare ⁊ sedere sup scamnū etiam precipue vt exp̄mat inferiora vētris sui ⁊ p̄cipue vt exp̄mat se sicut in tenasmone ⁊ comp̄me ilia eius. ipsa .n. pariēs. dixit Johānicius vtat' formis diuersis in ptu mouendo ⁊ cōuertendo absqꝫ labore vehementi. Et Aui. dixit oportet vt explant' sup eā figure iacēdi sup ventrē ⁊ sup facieꝫ extensis manibus ⁊ resupine ⁊ alie. Et cōsidera que illaꝝ facit appropinquare caput infantꝫ vulue ⁊ alleuiat partū supple ⁊ cū illa prosequere. Et dixit Aui. caueas ne dimittas obstetricē laborare in receptrice .i. in matrice .s. diu aut fortiter neqꝫ in diuisione vulue eius cū lubricatiuis quasi dicat sꝫ sine intermissione vtat' eis. Debet aūt dixit Gordo. eligi obstetrix hn̄s manus graciles ⁊ digitos longos vt dilatet orificiū suū suauiter. Et dixit Aui. forte indigebis qn̄qꝫ vt aperias vuluā eius cum instrumento quo extrahunt' naues vt apiat' os matricis ei'. Dixit Gilib. cinctoriū pariētꝫ sit corrigia ceruina: qꝛ hꝫ occultā virtutem iuuandi ptuꝫ. Et dixit supra lintheamen ponat' mulier ꝙ p quattuor cornua trahat' ⁊ subleuet' vt potius videat' sedere ꝙ̄ iacere. Et tunc ab oppositꝫ quattuor angulis fortit' trahat' lintheuꝫ ⁊ agitet' pariens circūqꝫ aqꝫ: qꝛ multuꝫ facit in pariendo etiā fetū mortuū. Cūqꝫ apparet secundina ⁊ non scindit' ꝓpter grossiciem suam tūc oportet vt scindat' vnguibus obstetricis: aut istro noiato lingua assumpta inter digitos cū facilitate ne inueniat fetū ⁊ ledat eum donec scindat' ⁊ currat humiditas ⁊ lubricet fetus. Dixit Gord. post scissionē secundine intromittat' hoc pessariū qd̄ facilit' efficit partū sine timore aborsus ⁊ est Raynaldi ⁊ villanoua. ℞. isopi radicis lilij loco huius hꝫ Gord. ireos origani calamēti an. ʒ. ij. terbentine. ℥. j. misceant' ⁊ inuoluant' in lana ⁊ supponāt'. Qd̄ si tu administres scissionē secundine ⁊ fetus nō est cōplete incuruatus ꝫm accn̄tia ptus euadendi .i. egrediendi ⁊ ꝓlongat' spacium eius intus ⁊ exsiccat' vulua .s. eūatis illius humiditatibus sequere illud effundendo lubricantia ⁊ cerotaria subtilia ⁊ mucilagines ī vulua ⁊ adipes liquefactos ⁊ albumē oui ⁊ vitellū ipsius est regimen mirabile. Dixit Azara. lib. 26° de cibis pturientiū ⁊ eūatoꝝ. Cibaria eaꝝ debēt esse pauca in quātitate ⁊ multi nutrimenti facilis digōnis vt membra recipiant ea facil'r ⁊ cōuertant faciliter ad eoꝝ silitudinē vt panis ablutus bn̄ preparatus cuꝫ zuccharo aqua carnis extracto cū vino bono odorifero brodiū pulloꝝ coctoꝝ vsqꝫquo ossa sepent' a carnib' vel columboꝝ vel turturum supple vel fasianoꝝ ꝑdicū ⁊ sturnoꝝ ⁊ silium vitella ouoꝝ sorbilium ⁊ sugere vel masticare carnes assatas sup prunas vinū rubeuꝫ odoriferꝝ dulce ⁊ mel. Dixit Aui. cū p̄ns est ptus ⁊ īcipiūt

accn̄tia

Nota ⁊ vide regimen pregnantis ante partum per .xv. dies ī sex rebus non naturalibus.

Nota ⁊ vide ꝙ coitus ē decēs partum facilitantibus.

Vide hic d̄ sternutatione prouocata parturienti.

Vide qd̄o mulier oꝫ sedere ī cathedra ⁊ qn̄o os matricis est iam aptū ⁊ nō ante.

Nota ⁊ vide q̄ quales debent esse manus obstetricis.

accũtia eius comedat rem pauce quãtitatis multi nutrimenti ⁊ bibat desup vinũ odorifeꝝ. Dixit Azara. cibarium dure parientis ℞. fenugrecũ ⁊ abluat ⁊ coquat ⁊ bibat ꝺ aqua eius: qꝛ regescē facit dolorē ⁊ festinat ptũ. Item brodia pinguia multis vicibus in die sumpta. Item brodiũ cũ sanguine galloꝝ. i. caponũ al' gallinarum cũ oleo amigdꝯ. ⁊ pinee mũde cũ penidijs ⁊ cõfectõibꝰ de zucharo. Dixit Aui. si vtus fuerit debilis da ei in potu aquã carnis ⁊ ciba eam cibis bonis pauce quãtitatis sicut sunt oua sorbilia ⁊ similia sicut testiculi galloꝝ ⁊ resumptiue cõfectiones Et educant feces cũ facilitate ⁊ suppositorijs lenibus si sponte nõ exierit.

Vide hic decoctioné ex fenugreco que regescere facit dolorem ⁊ festinat partum.

Medicinarum autem conferentium

ad facilitandũ ptum alie opant' a qualitate ⁊ alie opant' a ꝓpetate: ⁊ haꝝ alie interius applicãt' alie exterius. ¶ Et de sumendis interius dixit Ras. 9°. cõtinens dico cinamomũ mixtuz cum myrra in potu sumptũ aut suppositũ emittit fetuz ⁊ p̃gnãtes cum eo subueniunt sibimetipsis: qm̃ nulla est melior medicina et mitigat eaꝝ nausea cũ cinamomo. Et dixit. ℞. cordumeni ⁊ myrre an. ʒ. vi. cinamomi. ʒ. viij. fruct' sauine. ʒ. x. dos. ʒ. iij. quolibz die qm̃ non excitando nauseam facilem reddidit partũ valde mũdificat matricē ⁊ emittet secundinam. ¶ De cordumeni dixit Ga. in lib. venenoꝝ ⁊ scribit' 9°. cõtinens det' in potu de cordumeni p̃gnanti in quãtitate duoꝝ dauich cũ aqua calida ⁊ emittet fetum statim sed ꝑducit ad pruritũ ⁊ caliditatez. Et dixit Ras. dico vidi q nil emittit fetum velocius q̃ hoc medicamen. ℞. asse fetide. ʒ. ß. folioꝝ rute sicce. ʒ. ij. myrre. ʒ. j. ⁊ sint dos. ʒ. j. cũ. ℥. j. aque fructus sauine: qm̃ non durabit qn emittat fetũ. Et dixit pillulas quas feci ad facilitandũ ptum ⁊ mitigandũ dolorē mirabilr. ℞. cinamomi. ʒ. x. camomille. s. floris eius. ʒ. vi. cassie l. optime. ʒ. vij. fructus sauine. ʒ. x. myrre. ʒ. v. aristol. ro. ʒ. v. sigie. i. storacis rubee dsui an. ʒ. ij. musci dauich. i. cõficiant' ⁊ dandũ est de eis aur. iij. in tribus horis qualibet vice. s. aur. j. vtputa cũ vini veteris. ℥. j. ⁊ debz h̃ fieri post vnctionē ⁊ lenificationē. Et ad ptum difficilē ⁊ fetũ mortuum si bibat mulier de lacte catulaꝝ ⁊ ip̃m cum modico vino ⁊ modico melle equalr sumpserit alleuiabit' ptus. ¶ Et dixit dico quedam mulier erat parturiens per dies ⁊ sumēdo in potu croci. ʒ. ij. pepit ipsa hora ⁊ hoc est inuentũ ⁊ exptum est veꝝ crocus cũ corticibꝰ cassie ⁊ cinamomo an. ℈. ij. cũ vino ⁊ modico oleo postq̃ fuerint triti ⁊ dent' in potu paulatim cũ vino ⁊ aqua. Et Hal. dixit da ei i potu aquã in qua adiantum coxeris dissoluto in ea melle ⁊ modico oleo alchechengi. Et Aui. dixit medicamē bonũ ⁊ vltimum sumat' capillus veneris ⁊ trituret' ⁊ dissoluat' tritus cuz sirupo. ʒo. cũ aliquãtulo olei ⁊ sumant' in potu. Dixit Ha. da ei de dicto medicamine. ʒ. j. vsq3 ad exagium cũ vino. Dixit Aui. oẽs medicine q̃ extrahunt vermes ⁊ ascarides extrahunt fetũ. Et cuz in potu sumit mulier de corticibus cassiefi. vel cassie l aur. iiij. parit statim. Et dicunt qdam q vtraq3 cassia valet veꝝ apud eos cortex cassiefi. ē fortior ⁊ melior. Alij tñ dñt oppositũ. Antiqui tñ pro cassia cassiã ligneã intellexerunt. ¶ Medicamen vsuale. ℞. corticis cassiefi. ℥. iij. ⁊ buliant in vino albo subtili vsq3 ad consumptionē medietatis ⁊ colet' ⁊ det' ei in potu ciatꝰ vnus mixtus cũ brodio ciceꝝ ru. posito in eo. ℈. j. cinamomi ⁊ valet etiã in eductione secundine. Dixit Aui. sumere in potu cinamomũ est bonum valde. ip̃m. n. accidentia ptus alleuiat ⁊ sumere in potu assam ⁊ castor: ⁊ bonum ⁊ vltimũ. Et dixit pillule bone. ℞. sauine. ʒ. ij. asse ⁊ armoniaci an. ʒ. ß. ⁊ sit dosis. ʒ. j. Alie fiunt ex myrra bdellio ⁊ sauina. Et de alleuiãtibus ptuz ⁊ dolorē eius est decoctio folioꝝ altee romane sumpta cum melle ⁊ aqua fenugreci tyriaca diateseron sumpta cuz aqua artemisie: ⁊ ipsa etiã artemisia bibita ⁊ absinthij ⁊ fumiterre bibita emittit fetuz velociter. Dixit Gilib. si diues est exeunte balneo offerat' ʒ. ß. balsami cũ vino tepido. Dicunt alij aut cuz aqua fm dispõnez qm̃ parere facit absq3 mora. ¶ Sed dicũt qdam q mulier postea non cõcipit ⁊ borax distemperata cũ vino statim ꝓdest bibita. Et dixit qdam mulieri difficulter parienti da bibere lac alterius mulieris ⁊ statim pariet.

Vide hic medicamen q sumptũ facit q mulier parit ipsa hora ⁊ est exptum.

¶ De medicinis aũt supponēdis dixit Aui. misceat' succus rute cũ succo colloquintide recentis ⁊ si ñ habet' cũ decoctõe pulpe ipsius ⁊ fiat illinitio cũ eis sup pectinem vsq3 ad vmbilicũ ⁊ intingat' i eis lana ⁊ supponat'. Dixit theodosius si supposueris aristologiã cũ lana pariet statim dixit Auic. aut aristol. aut buccormarie. ¶ Dixit Ras. 9° cõtinens vt vidi ruta siluestris si supponat' emittet fetũ ipsa hora ⁊ ex eis est nastale factũ ex semine cheiri citrini. Dixit Serap. suppositoriũ extrahens fetum velociter ⁊ viuũ ⁊ mortuũ. ℞. myrre elli nigri oppoponaci ⁊ fellis tauri an. Aui. aũt nõ posuit myrram: sed dixit q fit ex ellẽ oppoꝰ ⁊ felle taurino dyascorides daucus. s. radix eius si supponatur emittit fetum ⁊ sal modicũ suppositũ emittit ip̃m ⁊ isopus humida supposita faciliter facit ptũ. Et valet fumigatio facta cũ nãlibus cũ cinamomo aut xiloal. aut cũ aliqua pte musci aut ambre: arthemisia cocta in aqua emplastrata calida sup vmbilicũ ⁊ crura mulieris statim fetum ⁊ secundinã extrahit sed non moret' diu qꝛ matricē trahet extra. Quidã dñt q dz ꝑus teri. Dixit quidam q agrimonia cũ aceto tensa ⁊ pectini supposita parere facit statiz Et dixit alius q ipsa ligata coxe prope vuluam prouocat fetum

Nota ⁊ vide h̃ med. cinas valentes si supponantur ad facilitandum ptũ.

Gord. aũt dixit q p5t si ipsa colligat' cũ orone dñica ⁊ liget' i coxa mulieris laborãtis in partu ita q radix sit versus supiora statim expellet' fetus. Sed hñda est cautela q statim remoueat' post ptum als matrix descenderet ad inferiora. Si croci. ℥. j. subpistet' ⁊ alliget' parere facit. Emplm̃ de farina lolij cõfecta cũ aqua rute dorso ⁊ vmbilico applicet'. Folia matri silue. supposita statiz deponũt fetum: sed statim ãmoueant' ne forsitã extrahant matricez. Dixit Serap. radix ciclaminis ligata sup coxam mulieris ptũ accelerat ⁊ ligata sup femur eius facit cito parere. Gilib. aũt dixit q strata sup muliere facit cito parere: sed statim soluat'. Et radix dragontee ligata inguinibus pturientis statim facit parere. Et radix vna titimali renibus alligata. dixit Dias. statim facit parere sed cito remoueat' ne matrix aut intestina sequãt'. Et polipodiũ ligatum ad coxam mulieris vel plantã pedis extrahit cito fetum. Et satureia pistata ⁊ sup vmbilicũ posita ptum alleuiat. Et cũ vino bibita fetũ mortuum excludit. ¶ De medicinis iuuantibꝰ cũ ꝓpetate dixit Haly. si hyrundinis nidũ acceperis ⁊ in aqua calida fricaueris et colature eius. ℥. iiij. mulieri ꝓpinaueris ptus fit facilis. Et fertur q si mulieri muli vngula subuaporet' facile parit'. Dixit Auic. dz oz vt pturiens teneat in manu sua sinistra magnetē. Et qdam dñt q alliget' coxe. Et dixit Aui. aut liniat' cũ cinere vngule asini: qm̃ est vltimũ aut subfumiget' cũ ea ⁊ silr cũ vngula equi. Et suffumigatio cũ oculo piscis saliri ⁊ corallus. s. ru. suspēsus. s. ad coxã dextrã confert. Et dicit' q si suspendat' sup coxã eius storax affricana nõ aduenit ei dolor: ⁊ q si ter it' crocus ⁊ cõficiat' ⁊ fiat ex eo nux et suspendat' sup eam expellit secundinã ⁊ fumigatio cũ spolio serpētis: sed fortasse interficit fetũ. Dixit Georgius si suspendat' sup coxã mulieris de spuma maris magna pariet ipsa hora. Dixit Gili. q pēna vulturis subiecta pedibus pturientis facit parere. Et alij dñt hoc idem de penna aqle: sed illico dz tolli. Dixit Gilib. malua subtracta hz occultã nãm iuuandi partũ. Dicũt teneat patiens in manu auriculã asini ⁊ pennã hyrundinis illico pariet sine dolore. Et dicunt q terunt' hyrundines cũ oleo ⁊ inungit' venter ⁊ vmbilicus ⁊ faciet parere cito. Et de vtilibus est dixit albertus tolle cor galline ⁊ liga sup coxam dextram mulieris cuz fassia. gallina adhuc palpitante ⁊ optime pariet. Dixerunt ꝓhibe ne in domo vbi est parturiens sint pira neq3 recentia neq3 sicca: qm̃ de ꝓpetate ꝓhibent vuluã aperiri.

Nota ⁊ vide hic medicinas que a forma specifica valent ad ptũ facilitandum.

¶ Regimen aũt pticulare diuersificatur diuersitate cãꝝ. ⁊ dixit haly. si pariendi difficultas cã puitatis matricis est aut cã debilitatis virtutis eius expellentis. Impanduz est mulieri q expressionibꝰ effusioni. s. lubricantiã in vulua opam det et liniat' dorsum eius et ventris inferiora cũ oleo sisami et oliue tepido. Et in aqua sedeat in qua elleboꝝ et semen lini et camomilla et mellilotũ coxeris tepida et sternutationē induces. Si v̾o fuerit ex adipis imoderata copia: dixit Haly. mulierē supra ventrē iacē facias eiq3 precipe ponere coxa et genua sub uentre et tũc vulua et eius ꝯfinia et vmbilicus et ilia et dorsum vngant' ceroto et obstetrici ipera vt digitos oleo infusos et cera liquefacta cũ butyro inducere matricis ori. Et paulatim apire oleo interiora inungēdo Et dixit musuã. 9° cõtinens si ꝓpter pinguedinē fuerit opus ē vt sedeat sup genua eius inclinando caput in quãtũ venter presit matricis loco vñ egrediat' fetꝰ. Dixit Aui. Si mulier fuerit pinguis iaceat supra ventrez suũ et ponat caput suũ sup terrã in itromittat genua sua sub ventre suo vt amplietur os matricis cũ vulua eius: deinde inungat vuluã suã cũ lenificantibꝰ p̃dictis: et oportet vt dilatet' et apiat' cuz digitis cum ergo facit id et coartat' venter eius parit velocitꝰ ptu quadrupedũ. Dixit musuã qm̃ muliere ꝯstituta in forma p̃dicta non occupabit' pingueꝰ sup matricē. Et silr dixit ip̄e dz fieri si fuerit apa seu duricies in festãs matricē. Dixit haly. sternutare facit optamũ datũ cũ vino vl' aqua decoctõis adianti et ꝯfert subfumigatio cũ vngula muli et silr ꝯferunt ista i puitate matricis. Si aũt dixit Haly. cũ sit qꝛ v̾go est. i. velata mulier eius virginitatē. i. velamen disrumpat et vires illi et audacia v̾bis dentur et ad effusionē et ad expssionē opam dare impera. Et si ex siccitate nimia vulue fuerit tunc ingeniandũ est ad humectandum ante ptũ et in ptu. Dixit Ras. 9° cõtinens q sumere quolibet die per mensem de mucilagine seis citonioꝝ. ʒ. v. cuz oleo de maluis et citrullis supple et his similibus cum galliuellis. i. pullis pinguibus factis spidebeg. Dixit Paulus epithimanda est et infundenda ex oleo tepido cuz decoctiõe fenugreci et seis leni aut de albumine ouoꝝ cuz mirabile sit. Et si fuerit ex corporis densitate dixit Gal. 5° affo. expedit vti vnctione et aqua calida p̃cedentē curã ante ptũ in hoc hīe diebꝰ pluribꝰ et lenificet' totũ corpus ita q aer circũstãs declinans sit ad caliditatē: et corpus semp sit humectatuz sudore Vtat' balneo sedeat in pila: et mulier vngenda et fricanda est moderate per mirach et flancos et dorsum et pecten pluries: et vtat' nutrimentis oĩbus lenificatiuis et vino: qm̃ hoc regimē corrigit duriciem corporis supple et matricis et mollefacit ip̃m. Dixit Musan. si sit ex multitudine stercoris in intestinis aut vrine in vesica emittendum est stercus p̃mo velociter cuz clisteri ex aqua melle et baurach et ꝓuocanda est vrina et detinēda in aqua calida. Et si impregnata gracilis fuerit cõfortet' ad exp̃mēdũ viriliter: et ad infestandũ mirach. s. cuz expressione et corroboranda est vtꝰ eius

Nota ⁊ vide qualiter se dz hẽe pinguis mulier parturiens qñ est in actu.

Vide hic regimē qd corrigit duriciem corporis ⁊ matricis ⁊ facit ea mollia tpe partus.

cuȝ cibariȷs, potibus ⁊ odoribus bonis ⁊ vngi debet os matricis ⁊ vulua. Et si fuerit in vulua dolor ⁊ scissura .i. ragadie vel vlcera calefaciendū est ⁊ effundendū in eam oleum habundant᷑: ⁊ si patitur emorroydas in ano vñ doleat penes ptū epithima fiat penes hoc .s. mitigatiuū doloris ⁊ sedeat ī aqua calida. Et si ex aeris frigiditate fuerit: dixit Haly. in calidis sedeat locis ⁊ balneis ⁊ galiā muscatā in vuluā iniciat cū aqua ⁊ oleo calefact᷑: ⁊ vngendum est sup pectine mirach ⁊ dorso cum oleo laurino. Et si ex aeris caliditate fuerit: dixit Haly. in locis sedeat frigidis ⁊ flebellat᷑ ⁊ cāphore modicū cū iuleb bibat. Et dixit Misuā si ex debilitate ⁊ lassitudine sedeat in camera euētata ⁊ olfaciat arōata dum fuerit ei illō ⁊ nutriat᷑ cum vitello oui ⁊ vino pluries sic modice in vice. Et dixit misuā. Si ex magnitudine fetus fuerit obstetrix debet īponere manū ad attrahendū paulatim qđ sibi fuerit in posse cū lentia pāni leuis extrahat᷑ qđ nisi egrediat᷑ incidendū est in mēbro quolibȝ iuxta qđ ī posse fuit q̄usqȝ fiat facilis exitus eius. Et Aui. dixit si ptus difficilis fiat pp magnitudinē oȝ vt inueniat obstetrix possibilitatem huius fetus in extractiōe eius paulati. Sed si valet illud in eo bene est ⁊ si nō liget cū margīe pāni qꝛ ista ps pāni fortior est facta .s. ex ea lentia cōgrua ad ligandū ⁊ extrahat eā subtiliter valde cū quibusdā attractionibus: qđ si illud nō cōfert administrent᷑ forcipes .s. nō incidentes dicte carnes vt sunt tenacl'e ⁊ extrahat᷑ cuȝ eis. Si vero nō cōfert illud extrahat᷑ cū incisione vt facile sit ⁊ regat᷑ regie fetus mortui. Dixit Albucaſ. caplo de regie obstetricum super ēbrionib⁹ qui egrediunt᷑ nō ꝺm figurā nālē necesse est obstetrici vt cognoscat in pmis figurā ptus nālis. Et signa ei⁹ sunt q̄ñ tu vides mlierē cōprimi iuxta iferiora ⁊ desiderare odorare aerem ⁊ alleuiat᷑ sup eaȝ ꝙ sup ipsum est de ptu ⁊ festinat exitus embrionis tūc scias ꝙ iste part⁹ est ꝺm figurā nālem ⁊ est exitus suus sup caput eius ⁊ secūdina cū eo suspendens vel suspensa cuȝ vmbilico. Cū ergo vides hec signa tūc oȝ vt cōprimat᷑ vent᷑ eius ⁊ descēdat embrio velocit᷑ nā quādo descēdit sup caput suū descēdit secūdina cū eo ⁊ mundat᷑ illis supfluitatib⁹ mūdificatione bona. Cū aūt est ꝑter hoc ptus est ināalis ⁊ illaudabilis. q̄m q̄ñ egreditur fet⁹ sup pedes suos ⁊ egredit᷑ corp⁹ an̄ caput suū. Aut egreditur caput ei⁹ simul ⁊ man⁹ eius aut egredit᷑ vent᷑ ei⁹ ⁊ fortasse cōuersus supra dorsum suū supple aut lat⁹ suū sunt ex figuris partus inālis ⁊ illaudabilis. Necesse est ergo obstetrici vt sit subtilis ⁊ prudens in istis reb⁹ oīb⁹ ⁊ caueat sibi ab errore ⁊ deceptione. Et ego sum cōsiderans oēm figurā in eis ⁊ qualr̄ est īgeniū in ea vt significetur per illud ⁊ stetur super illud quando egreditur fetus supra caput suum egressione nāli ⁊ vehemens fit illud super mulierē ⁊ difficilis fit illi ptus. Et vides. virtutē ei⁹ iā debilitatam tunc fac eā sedere ⁊ mulieres teneant eā ⁊ vaporēt vuluā ei⁹ cuȝ fenugreco decocto cū oleis hūidis deīde intromittat obstetrix digitos suos in vuluā ⁊ scindat cū aliquo instrumēto secūdinā: aut secet eā vngne suo donec currat illud qđ in ea est de hūiditate deinde ꝓmat ventrē ei⁹ donec descendat fet⁹. Si aūt nō descenderit tūc oȝ vt clisterizet᷑ mlr. .i. pesarizet᷑ cū mucilagie fenugreci ⁊ oleo sisamino deīde ꝑcipiat ei p⁹ clistere vt cōprimat ⁊ fac eā sternutare cū cōdisi ⁊ tene os eius ⁊ nares ipsi⁹ vna hora. fet⁹ eni egredietur stati. Qđ si egrediāt᷑ due man⁹ in ꝑmis tūc oȝ vt reducat eas cū facilitate paulati iterius. Si aūt nō obedit itroitui tūc pone mulierem supra sedē ⁊ eleua pedes ei⁹ sursum deīde cōcute pedes super terrā ⁊ mulier tēat ꝙ nō cadat apud cōcussioneȝ. Si āt nō ingrediant᷑ manus ⁊ morit᷑ fet⁹ incide eas ⁊ extrahe fet⁹ residua ⁊ liga corpus ei⁹ cū pāno ⁊ extrahe ipȝ cū eq̄litate q̄m egrediet᷑. Et q̄ñ egredit᷑ fetus sup pedes suos tūc oȝ vt impellat eos sursuȝ ⁊ cōuertat fetū paulatiȝ deinde equet ipsuȝ deinde accipiat pedē ei⁹ ⁊ extēdat ipsum paulatim. Cū ergo egrediunt᷑ vsqȝ ad coxas tūc precipe ei vt cōpmat᷑ ⁊ fac eam sternutare. egrediet᷑ .n. si de⁹ voluerit: ⁊ si non egrediet᷑ tunc reduc eū paulatim donec ponas eū ꝺm figuram nālem: nā ipse egrediet᷑ tūc egressu facili. Auicē. quoqȝ dixit oportet vt subtiliatio .i. ingeniatio fiat subtiliter vt conuertāt᷑ pedes ⁊ reducant᷑ ad subtiliationē ita vt equet᷑ sedes ⁊ eleuentur crura eius donec descendat caput ipsius. Qđ si nihil de ħ est possibile liget᷑ geminus .i. ābo pedes cū instita linea ⁊ extrahatur subtiliter trahendo. Et dixit Albucaſ. ꝙ si ꝓhibeat᷑ .s. ab exitu cum eo toto qđ narrauimus tunc accipe ex mucilagine ⁊ oleo sisamino ⁊ gumi solito ⁊ ꝑcute totū in mortario ꝑcussione bona: deinde line cū eo vuluam ⁊ inferius ventrē. Deinde fac eam sedere in aqua tepida donec ꝯsequat᷑ hypocundria. ¶ Cū ergo videris ꝙ lenificata sunt inferiora eius tūc fac ei sief de myrra ⁊ suppone ipm ei q̄ñ ergo tenuerit sief hora vna tunc fac eam sedere ⁊ tunc fac eam sternutare ⁊ stringe os ⁊ nasum ⁊ ꝑme ventreȝ in inferiori pte eius cōpressione facili: q̄m egredit᷑ statim. Et q̄ñ egreditur super sua genua ⁊ manus suas: paulatim deinde resupinetur mulier sup collum suū ⁊ pendeāt pedes eius ad inferiora: ipsa sit iacens sup lectū ⁊ cōplicet manus suas. Deinde ꝑme supra vētrem suū paulatim: deinde extrahe qđ est sub pedibus eius ⁊ puluinaribus donec ipa sit ꝑparata in inferiori pte: ꝙ si non egredit᷑ tunc accipe pedes eius ⁊ moue eos motu vehementi: deinde preme qđ est sub hypocundria paulatim donec ascendat fetus ad superiora: deinde intromittat manus suas ⁊ equet fetū paulatim: ⁊ precipue ei vt cōpmat᷑ donec egrediat᷑ sup latus suū: si cum vna manu pendente: vt dixit Albuc. oȝ vt equet᷑ cū eleuatōe ad superiora deinde cū scissione ⁊ lenificatiōe cū facilitate. Et Albuc. dixit ingenietur in reductōe manus eius: si aūt non pōt reducere eā tūc eleua mulierem ⁊ fac eam ambulare ⁊ si ambulare nō pōt fac eā iacere sup lectū ⁊ cōcute crura eius cōcussione vehementi: deide administra linimentū supradcm̄ ex mucilaginib⁹ .s. ꝙ si accipit oēs partes tunc fac eā sedere sup sedem: deinde stude in reductōe manus ⁊ equa fetum ꝺm figuram nālem ⁊ fac sternutare eam ⁊ ꝑcipe ei vt cōpmat se donec egrediat᷑. Qđ si egrediat᷑ sup collum suum expansis manibus ⁊ facie cōuersa ad dorsum matricis oȝ vt teneat obstetrix manū fetus ⁊ reuoluat eam paulatim ⁊ equet cum facilitate. Cum aūt equat᷑ tunc pone sup vuluā eius ex oleo ⁊ mucilaginibus: deinde ꝑcipe ei vt moueat᷑ paulatim. Cuȝ ergo feceris illud tunc fac eam sedere sup sedem ⁊ ꝑcipe ei vt inclinet᷑ ad latus dextrum: deīde cōpmat se ⁊ fac eā sternutare. Et q̄ñȝ exit fetus preparatus cū secundina: q̄ñ ergo descendit ad orificiū matricis cum secundina sup latus tunc scinde secundinaȝ vngue tuo donec euacuent᷑ humiditates. Si ergo suspendit᷑ sup faciem fetus ⁊ collum eius tunc incide eam ex vmbilico vt non retineatur ⁊ moriat᷑: deinde ipelle fetum ad interiora donec ponas euȝ scđm ꝙ oportet ⁊ precipe mulieri vt cōprimat se aliquotiens: q̄m egrediet᷑ exitu leui. ¶ De exitu aūt geminoꝝ vel pliuȝ fetuum: dixit Albuc. scias ꝙ gemini nascunt᷑ multotiens q̄ñqȝ nascuntur tres vel quattuor. Verūtñ hoc extraneū est ⁊ raro ꝯtingit: q̄ñqȝ vō est res preter nām ⁊ non penitus viuūt ⁊ ꝯtinet eos ꝗnis multiplicentur secundina vna ⁊ sepant᷑ per siphac distinguēs int᷑ eos ligamentū in vmbilico cuiuscūqȝ eoꝝ. Et q̄ñqȝ egrediunt᷑ sic egredit᷑ fetus vnus exitu illaudabili. Qđ si difficiles fiant q̄dā eorum apud partū ⁊ ꝑueniant ad illud qđ diximus ex figuris inālib⁹ tūc cura eos ꝺm ꝙ narrauimus. Et sit obstetrix subtilis ingeniȷ ⁊ faciat cū facilitate ⁊ tarditate ⁊ ingeniet᷑ sup oēm figuram cū eo qđ preparat᷑ ei de ingenio ducēte ad salutē. Et dixit Albuc. q̄ñqȝ formant᷑ in matrice vnus aut duo. 3. 4. 5. 6. 7. 7. ⁊ plures decē. Etiaȝ verificatū est mihi ꝙ mulier ab oriēte emisit septem ⁊ alia q̄ndeci oēs formatos qđ scm̄ est mensuratiōe gloriosi sapient᷑. Et ħ totuȝ oȝ vt sit in scia obstetricū. fortasse .n. ꝑuenit ad eam sile illius. opponat ergo se ei cū eo qđ oȝ. Qñ si ꝑteriȷt mensis expectatus ad pariendū ⁊ non parit sed tarda ptus tunc dissolue myrrā in aq̄ mellis dosis auꝝ .j. ⁊ exhibe in potu ⁊ da ad bibenduȝ cū decoctione fenugreci ⁊ dactiloꝝ. Et hoc electuariū. ℞. cinamomi storacis calamite sauine castorei myrre an. ʒ. ij. zuchari. ʒ. x. ꝯfice cū melle dos ʒ. iiȷ. cū aqua arthemisie vel capilloꝝ veneris.

¶ Caplm. 12. de extractione fetus mortui.

Dixit Auicenna scias ꝙ q̄ñqȝ partus difficilis fit quattuor diebus tūc morit᷑ fetus: quare occupatus sis in vita matris ⁊ non in vita fetus: quare stude in extractione illius. ¶ Ad cognoscendū aūt fetū mortuū: dixit Raſ 9° cōtinēs ꝑcipe mulieri vt iaceat supra aliqđ latus: q̄m si fetus erit mortuus cadet inferius ad modum lapis. Et mirach erit penes vmbilicū frigidum vbi q̄ñ erat viuus erat calidum. Dixit Aui. mortem fetus significat motio rei delate in cōcauitate .s. matricis grauans sicut lapis que res grauis mouet᷑ de latere ī latus ⁊ ꝑcipit᷑ a matre ⁊ q̄ñqȝ ab obstetrice motu eius ⁊ ꝓprie cū iacet sup latus suū ⁊ reuoluit᷑ subito sup latus aliud. insequit᷑ enim fetus motū mulieris cū non sit amplius alligatus matrici: sed est sic mola grauis: qꝛ non sunt amplius in eo spūs leuigantes ipm. 2^m sig^m dixit Aui. infrigidat᷑ sumen cū ante illud eēt calidum. 3^m signum dixit Aui. ⁊ detumescit mamilla imo mamille: sed de hoc signo dicet᷑ inferius de signis aborsus. 4.^m signū q̄ñqȝ currunt ex matrice humiditates fetide virulente. 5^m signū demergit᷑ oculus ꝑgnantis ad ꝓfundū ⁊ concauat᷑ ⁊ fit oculi albedo fusca: ⁊ q̄ñqȝ fit rigida auris ei⁹ ⁊ extremitas nasi cū rubedine labiȷ. Dixit Gord. scȝ vergente ad liuorem mortificatū ⁊ dispō eius fit silis dispōni hydropis hyposarce .s. quātū ad extrema inferiora que tumescūt vel hydropisis ansclites vel timpanites: qꝛ venter eius inflat᷑ vt dixit Gord. Dixit Gilib. circa vmbilicū sentit᷑ dolor maximus scȝ ⁊ dixit dissoluit᷑ facies ⁊ totū eius corpus. Et dixit ꝯtrahit᷑ appetitus ⁊ adest instantia vigiliaꝝ. Et accidit cōtinue stranguria cū dolore in pectine ⁊ sicut tenasmon ꝓpter cōpressionē factā a fetu illic. Et dñt q̄dam cognoscit᷑ fetus mortuus ex longa retentiōe man⁹ calide supra ventrem vel appositiōe aque tepide declinantis ad aliqualē caliditatē: q̄m si sic nō sentit᷑ motus eius nec a matre neca tangēte signū est ꝙ est mortuus. Ponderat .n. hoc signū multū. ¶ Amplius supra posita sunt alia signa fetus motui que addūt᷑ ad hunc locū. Dixit Aui. certificat illud si iam acciderint ꝑgnanti egritudines acute nocentes sua caliditate vehementer. ¶ Dixit enim Ipo. in affo. mulierē in vtero hñtē capi ab aliqua egritudinū

Vide hic curam quid faciendū in magnitudine fetus tempore partus.

Nota ⁊ vide quid faciendū q̄ñ ambe manus egrediuntur primo in partu.

Nota diligent ⁊ vide q̄d agēdū sit q̄ñ man⁹ egrediunt᷑.

Nota ⁊ vide q̄t fet⁹ possunt formari ⁊ pareri vno partu.

Nota diligent ⁊ vide signū qđ multū ꝑonderat in cognoscēdo fetum mortuū.

mortale est ⁊c̃. Dixit Aui. q2 si ex eis ꝓhibet᷑ nutrimentū3 morit᷑ fetus ⁊ si non ꝓhibet᷑ vehementior fit egritudo: ⁊ etiā fiunt egritudines praue. Dixit Gordo. ⁊ prauoꝝ accidentiū: ⁊ qn̄q3 fit dixit Aui. qn morit᷑ fetus ante illud ⁊ est de idicātib9 illud. ¶ Et regimen fetus mortui: dixit Aui ac etiā ꝑtus male figure cū qua non sperat᷑ vita fetus adiplet᷑ dupliciter. s. potione ⁊ cirugia. Administrent᷑ tñ ꝑus medicine extrahentes fetū mortuū ⁊ de his que h̄ faciunt cum ꝓprietate. Dixit Aui. est vngula asini sicut qdā extimauerunt ꝙ si cum ea suffumiget᷑ mulier extrahit fetū mortuū ⁊ fumus eius cum fit fumigiū ꝑ traiectoriu3 extrahit ipm̄ velocit᷑. Et sil'r fumigatio piscis saliti. s. cū oculo eius. Medicamen forte in faciēdo aborsum ⁊ extrahēdo fetū. ℞. asse. ℨ. 5. rute sicce. ℨ. iij. myrre ℨ. ij. ⁊ est dos. ℨ. j. cum aqua sauine ⁊ sumit᷑ dosis. i. mane ⁊ dosis. i. vespe ⁊ tyriaca dyateseron est fortis. Dixit Ras in diuisionibus Confectio trociscoꝝ de gūmis qn̄ difficilis fit ꝑtus ⁊ morit᷑ fetus extrahit ipm̄ statim. ℞. oppoponaci galbani serapini an. par. j. asse par. 5. ⁊ det᷑ ex eis in potu cū aqua decoctionis fenugreci ⁊ dactiloꝝ ⁊ aqua rute ⁊ fumiget᷑ etiā vna vice cū eis post aliā. ¶ Dixit Aui. de medicinis lubricare faciētibus fetū mortuū est vt sumatur aque rute. ℥. iij. ⁊ tm̄dem aque fenugreci decocti cū ficub9. s. siccis decoctōe multa ⁊ origani. ℨ. iij. ⁊ sumat᷑ in potu: qm̄ lubricat fetum mortuū. Et qn̄q3 dat᷑ in potu aque frigide lb. j. ⁊ puluerizatur desup altee. ℥. j. ⁊ euomit᷑. i. ꝓuocat᷑ vomitus ⁊ fit sternutatio. Dixit Aaron fumigiū extrahens fetū mortuū. ℞. myrre galbani sulfuris oppoponaci an. ⁊ distempa cū felle vaccino ⁊ fac pastillos ⁊ subfumiganda est bis vel ter qualibet vice cum vno pastillo.

¶ Passariū Pauli forte. ℞. eleboꝝ nigrū ⁊ stafisagriā: ⁊ arist. ro. ⁊ bucbormarien ⁊ grana mezereon ⁊ pulpam collognitide et armoniacū an. terant᷑ oīa ꝑter armoniacū qd̄ dissoluat᷑ in aqua ⁊ aggregent᷑ cū eo reliqua: ⁊ qn̄q3 ponit᷑ cū eis fellis taurini exsiccati pars. j. Dixit Gilib. balsamū sumptū fetū mortuū ⁊ secundina3 expellit sed mulierem sterilem reddit. Et succus rute ⁊ artemisie fetū mortuū expellit bibitus ⁊ inūctus ⁊ berbene succus valet bibitus ⁊ succus porroꝝ sil'r ⁊ succus diptami ⁊ saturegia potata fetum mortuū eicit ⁊ arthemisia liget᷑ ad coxam sinistra3. Et radix spargi ligata ad coxā iuxta vuluā statim fetū emittet. S3 stati deponat᷑ ne nimis affluat sanguis. Et sil'r radicē hyreos sub camisia portet mulier ⁊ statim pariet. Et sil'r lac caninū cū melle bibatur. Et dī ꝙ lac mulieris cū oleo potui datū fetū mortuū educit. Qd̄ si non ꝯferrent in extractiōe fet9 mortui medicine velociter extrahendus est anteq̄ inflet᷑ ⁊ apostemet᷑. Tunc ḡ dixit Aui. suspendat᷑ cū vncis ⁊ incidat᷑ frustratim. Dixit in̄ Ipo. vt 9° ponit᷑ cōtinentis. Si volueris opari extractionē fet9 mortui. s. cū cirugia cooperienda est facies matris ne videat qd facturus sis in ea. vnū tñ dixit Aui. extractio fetus mortui ⁊ incisio eius cū ferro cōsiderari o3 an sit salubris matri an non: ⁊ si fuerit ex illis que salubres sūt id est q̄ sit apte saluari simus audaces in curatiōe eius: ⁊ si nō abiciat᷑ illud ⁊ non fiat: ⁊ docens cognoscere nō saluādā ait: mulieri cuius dispō si ē mala accidit syncopis cū vigilia ⁊ obliuione ⁊ mollificatōe ⁊ dislocatiōe: ⁊ cū vocat᷑ fortasse non rn̄det. Et cū clamatur voce alta rn̄det debiliter: deinde supuenit ei syncopis iteꝝ. Et si de illis sunt que spasmant᷑ cū tensione ⁊ pulsant eaꝝ lacerti ⁊ est pulsus eaꝝ paruus ⁊ frequēs. Sed illis que saluant᷑ seu que sunt apte saluari nihil accidit de his: sed modus qdem extractiōis fet9 mortui ⁊ cyrugiam dicet᷑ in sermone sequenti. Dixerūt qdā si posuerit mulier supra coxā suā coriandrū ligatū in pāno nouo emittet fetum ⁊c̃.

Nota ⁊ vide differentiam inter saluandam ⁊ n̄ saluandum.

¶ Caplm. 13m de extractione secundine.

Signa specierum dixit Aui. illius que pendet ex frigore .s. cum hũoris vicio signum est grauitas somni ⁊ ꝓfundatio in ipso ⁊ albedo coloris corporis ⁊ viriditas venaruꝫ ⁊ ipsarum obfuscatio ⁊ pulsus raritas ⁊ frigus sudoris ⁊ multitudo vrine ⁊ flegmaticitas egestionis. ¶ Et dixit Rasis in diuisionibus signa grossitudinis sanguinis ⁊ frigoris eius sunt mollicies corporis ⁊ multitudo pinguedinis. Dixit vrina est discolorata ⁊ spissa sed si frigiditas fuerit pura sine materia vrina est discolorata tenuis ⁊ in vtraque sitis est pauca ⁊ fastidit coitum penitus. Et in facta ꝓpter multitudinem viscosi flatis tẽpore menstruationis solite emittuntur ꝑ vuluã quedaꝫ viscosa flata ⁊ aliquãdo etiam emittuntur in vrina. ¶ Et signa facta ex caliditate sunt dixit. A. inflatio ⁊ exsiccatio matricis. Et reliqua signa significantia caliditatem: nam mulier est colorata velocis pulsus cum vrina incensa vigilijs ⁊ siti. Et siqdem caliditas fuerit pura vrina semꝑ erit tenuis ⁊ tempore menstruationis paucas aut nullas emittit superfluitates ⁊ non sentitur pondus neq̃ aggrauatio. ¶ Et signa facta ex siccitate dixit Aui. sunt signa siccitatis scita ⁊ verificat eam extenuatio corporis ⁊ vacuitas venarum. Et q̃ fit post egritudines resoluentes ⁊ tristiciã ⁊ ieiunium ⁊ vigilias ⁊ laborem ⁊ moraꝫ in locis resoluentibus ⁊ exsiccantibus ⁊ huiusmodi etiam sunt signa paucitatis sanguĩs. Et dixit Rasis in diuisionibus signa sũt extenuatio corporis ⁊ citrinitas coloris supple vel plumbeitas cũ citrinitate. ¶ Et signa facte ꝓpter grossitiẽ sanguinis sunt venaꝝ ⁊ tibiarum ⁊ membrorum inferioꝝ inflatio ⁊ nigredo ⁊ palpebrarum color obscurus ⁊ vrina rubicunda ⁊ subnigra ⁊ spissa. Et si opilationem causauerit sanguinis grossities vrina erit ampulosa ⁊ quandoq̃ tenuis quandoq̃ spissa. ¶ Dixit Ga. sup 6° epidimiarum ⁊ scribitur 9° cõtinentis. Si caput mamille qđ rube scit cõuertitur in citrinum significat q̃ sanguis in corpore toto est gross⁹ ⁊ difficilis motus. ¶ Et signa facta ab apãtibus vel clausura nota sunt ex causis suis. ¶ Dixit Ypo. 5° affo. mulieri menstruis deficientibus sanguinẽ ex naribus fluere sup. vel vt dixit Gal. 6° đ interioribus vel alio loco corporis sufficienter bonum. Est eñ bonum ꝑ viam signũ q̃ significat naturam potentẽ in expulsione superfluitatũ: ⁊ est bonũ per viã cãe q̃ est cã sanitatis. ¶ Dixit enim ibidẽ Gal. q̃ q̃bus sufficienter affuerit huiusmodi purgatio nihil dictoꝝ accidentiũ euenientiũ ex retẽtione mẽstruorum patiunt̃ Dicit tamen eos intellexisse nõ in omni retentõe mẽstruorum preter naturam q̃ in facta ex frigiditate pura vel cũ materia flegmatica grossa ⁊ viscosa talis pulsus sanguinis per nares vel aliunde non competeret sed noceret augendo causam. Et dicunt q̃ licet in fluxu sanguinis per nares non educãtur materie grosse terree menstruales tamen confert vt dixit Ypo. q̃ per ipm natura potẽtior reddita illas per alias vias expellit aut insensibiliter resoluit. ¶ Et dixit Ypo. in epidimijs ⁊ scribit̃ 9° cõtinentis si auferantur menstrua feminis nigris superuenientibus vris nigris cito sanãt̃ ⁊ per vrinam nigram significatur q̃ sanguis ad inferiora conuertitur ⁊ sic q̃ egrediet̃ in menstruis. fit aliquãdo autẽ vrina chianos cum sanguis ⁊ humores consueti purgari redeunt in epar ⁊ ex parte expelluntur per vias renum ⁊ talem efficiunt vrinam ⁊ discernitur q̃ in inferiori parte feculentior inuenitur: ⁊ quedaꝫ resolutiones apparent nigre que cõmotione humorum egrediunt̃ ⁊ ꝯm q̃ humores plus melancolie participant plus nigrescit vrina vnde color in obscurum ꝓtendit. ⁊ hec omnia magis apparẽt circa horam menstruationis consuete.

Vid. q̃ signa siccitatis ⁊ sanguinis paucitatis concurrant adinuicem

Cura dixit Aaron si retentum fuerit de menstruis ex parte etatis nõ hꝫ curam quoniam in eis diminuitur sãguis. Ideoq̃ si retinetur vltra 50ᵐ ãnum ꝓuocari non debent nec ante 12ᵐ annum ẽt nisi prius puella habuerit mẽstrua ⁊ postea retenta sint. In his enim dixit Haly. eius que fit ex vlceris cicatriza

Vide ꝯ plima accĩntia q̃ sequũtur ad retẽtõez menstruorum

ctione que in venarum fuerit oribus ex quibus menstrua fluunt cura est difficilis. Dixit tamen utendum esse pessarijs mollientib⁹ ex oleo aneti ℨ viol. adipe galline ℨ porci ℨ medullis boum ℨ sissibus. Avi. tamen dixit φ non curatur facta ab opilatione venarū ab incarnatione ulcerum ℨ alijs similibus causis: sunt enim sine spe curationis ut menstrua redeant. Et Serap. dixit difficilis est eius cura valde ℨ fortasse desperatur de cura eius oio.

Cura tamen preservans huiusmodi mulierem a nocumētis ē detractio sanguinis ut non multiplicetur supra conveniens ℨ mundificatio corporis ℨ multiplicatio exercitiorū ut excludantur superfluitates ℨ coadiuvant ad hoc fricationes ℨ balneum resoluentia. Dixit Avi. curatio pendentis ex frigiditate vel caliditate aut generatione sanguinis grossi vl' pauci ℨ humectatione corporis eo φ transit sanguis in nutrimentum ppter fortitudinem virtutis nutritive. Et curatio pendētis ex apostemate vel opilatione nota est. s. in ppriis capitis. ¶ Et dixit Serap. si ex pāniculo super os matricis fiat scindat ℨ dixit cura est remotō causarum efficientium que fit cum contrario ℨ qn̄ sanat retētio menstruorū removet ℨ cū hoc ponendū est regimē. Dixit Avi. regimē cōveniēs est ad movēdū sanguinē cū fortitudine ad matricē: ℨ hoc regimē consistit in dieta ℨ potione ℨ dieta quidem cōsistit in evitatione aeris frigidi ventosi grossi ℨ limosi ℨ electione aeris calidi preterφ in facta a caliditate ℨ siccitate aut corpoℨ extenuatione in quibus est aer eligendus ad hūiditatē vel tēperantiam declinās aut leuem frigiditatem. ℨ vitādus est timor aut tristitia sed fiat adesio gaudio ℨ leticie ℨ bone spei Et exercitium quidem ℨ motus ℨ fricatio marie inferiorum ℨ ipsoℨ vētosatio ℨ cōpressio ℨ balneatio cum calidis conveniunt in facta ex frigiditate pura vel cū materia grossa vel viscosa ℨ facta ex sanguine grosso opilante ℨ cōveniunt in his vigilie. Sꝫ in facta ex caliditate vl' siccitate vel sanguinis paucitate convenit quies ℨ somnus. Et in facta ex siccitate vel sanguinis paucitate convenit regimē resumptivum. Dixit Serap. cum balneo dulci unctione humectante cibis multi nutrimenti potu vini nō antiqui quiete delicia ℨ otio. Et dixit Rasis cōvenit somnus ℨ balneum ℨ dilatatio fiat in cibo ℨ potu. Et in facta ex caliditate declinent cibi ℨ potus ad frigidum sumendo ex eis eos in quibus est apertio ℨ pvocatio. In facta ā ex opilatione a frigido puro vel cum materia vel sanguine grosso opilante. ¶ Dixit Azaravius libro 26° de cibis pvocantibus mēstrua sunt panis nō tamisatus. i. fact⁹ de tota farina vel furfurat⁹ cum semine feniculi cimini ℨ semine absinthij ℨ similibus. Et carnes sint cocte cū raffanis pastinatijs vel spgis ℨ silib⁹. Et brodiū cicerum vel faseolorum ℨ allea ℨ porri ℨ ruta ℨ sinapis ℨ apiū ℨ similia. Et condimentū cū brodio cicerū ℨ cimino ℨ oleo amig. ℨ decoctio fenu greci ℨ dactilloℨ ℨ brodium auicularū cū multis codimentis. ¶ Et Rasis dixit in divisionibus cura sit cibis subtiliativis ut brodio ciceris nigri cum aneto ℨ valet aqua faselorum rubeorum. Et Serap. dixit Regimē sit subtiliativū ℨ sit ex pinguedine exercitium frequens ℨ cibi subtiliativi incisivi. Dixit Rasi. 9° continentis mulier que nō emittit mēstrua eo φ corp⁹ eius est siccum durum debet uti quiete balneo ℨ nutrimentis humidis ℨ vino multe aque ℨ que non emittit menstrua ex duricie matricis eius debet sequi quietē ℨ ociositatem animi: ℨ vtat' nutrimentis humidis ℨ potu aque ℨ balneo. Et que nō emittit menstrua ratione multe pinguedinis fricetur cum nitro ℨ attenuetur regimen eius

Vide h. regimē cōveniens ad movēdum sanguinē cum fortitudine ap matricem

Nō h. duo ex pncipalib⁹ valentibus in pvocādis mēstruis

Cura per potionem dixit Avi. debet fieri per medicinas moventes sanguinem ad matricem ℨ facientes ipsum penetrare. i. reddētes ipm aptum ad penetrandum in poris. i. orificijs venarum ℨ facientes poros apertos ℨ sup. nō per medicinas solum sed per omnem modum ducentem sanguinem ad matricē Et est omnis modus diversionis approximatus femori coxis ℨ tibijs ℨ fricationibus ℨ compressionibus ligaturis ventosationib⁹ cum scarificatione ℨ sine ℨ appositionibus sanguisugarum in locis flomie ℨ ēt ipsa flomia. ¶ Dixit Galie. in li° de flomia a tibijs eūabis sive venā velis aperire sive scarificare super sive sanguisugas apponere. Dixit Avi. de illis que faciūt mēstrua descendere est flomia de safena ℨ vena que est post caudā sed flomia vene geniculi ℨ curvature eius est fortior illa. Dixit tamen viaticus flomemus de vena mediana ut dicunt aliqui de basilica prius donec cā mēstruorum maiori antecedens sit ablata. Deinde devenimus ad flomiam saphene ℨ in primo die parum de sanguine auferatur ex uno pede ℨ in 2° die similiter de alio pede quando eū dixit Avi. est necessariū ut fiat flomia pedis alterius ℨ φuis nō dixerit a quo pede sit incipiendum. dicunt tamen quidam φ a dextro si nō fuerit matrix conversa ad dextrum. qr tunc nō esset incipiendum a dextro sed a sinistro. ℨ dicunt aliquādo est necessarium iterare flomiam ad plures dies ℨ tunc pma die dē extrahi parum de sanguine qr virtus est oppressa in sequenti vero amplior φtitas. Et si ulterius exigat debet fieri parus ut tolleret virus sit autem tota quantitas ascendens ad lib. j. vel plus. Dixit Gali. super 6° epidimiarum ℨ ponitur a Rabi. in 6° particula mulier φ dam fuit cui retentus est sanguis per octo menses ℨ devenit ad magnam extenuationem corporis cuius venas videns repletas ℨ tinctas sub nigro colore flomavi eam ℨ feci extrahi prima die lib. j. ℨ .5. sanguis nigri sicut pix liquida ℨ die 2° lib. j. ℨ die 3° ℥. viij qua sanata est ℨ rediit corpus ad statum suum naturalem in tempore brevi. Et dixit Gal. in libro de flomia ℨ ponitur a Rabi ubi supra: flomia cavillam tribus diebus aut quattuor vel quinq; ante tempus menstruorum scilicet consuetum illi mulieri in tempore alio facere illud noli. Dixit Isaac minue ante tempus eorum .s. menstruorum per triduum vel quatriduum deinde scarifica pmo die unam tibiam ℨ in 2° aliam. Et attenuāda est dieta i illo tēpore ℨ ante ℨ post per ebdomodam. Dixit Avi. ex attrahentib⁹ mēstruum ad matricem est ventosatio super crus ℨ calcaneū ℨ ppue pinguis est magis conveniens ¶ Et Gal. dixit. 10° terrap. ℨ ponit' a Rabi. ubi supra sitias sepe ponimus super pectinem ℨ inguina cum movere mēstruum volumus. Et ex eis est dixit. A. assiduatio stringendi cum instictis membra inferiora ℨ ligandi ea taliter aliquibus diebus sed nō continue stricta sed sepe solvendo ℨ sepe religando: deinde dixerunt. Gal. ubi supra ℨ Avi. exhibendi sunt potus medicinales in quorum exhibitione dixit Rasis in divisionibus utendum est medicina leviore prius deinde me⁹ ℨ postea fortiore. ¶ Dixit Aaron cū dabis medicinas ad pvocandū menstrua cautus eē debes ne sudet mulier superhabundanter qr fieret diversio ad oppositum mēstrui. Dixit Gal. supra ultimo epidimiarum ℨ ponitur a Rabi. ubi supra in muliere habente naturam virorum medicina mēstruū pvocans sibi approximata potest eam pvocare. Et dixit Ipo. 5° de simplici medicina. Medicine que pvocant menstrua ℨ que abscindunt ea sunt similes in virtute virtuti pvocantium vel abscindentium lac. qm̄ sanguis qui est in venis est materia cōmunis istis ℨ illis ℨ ppter istud quando sanguis est facilis cursus ℨ pvocationis temperate quantitatis fiunt iste due pvocationis species copiose. qm̄ mamille comunicāt matricib⁹ per venas multas. ℨ qn̄ lac aggregatur multū in mamillis abscinduntur mēstrua oio ℨ ecōverso: qm̄ qn̄ recedit sanguis ab uno hoℨ membrorum pvenit ad aliud ℨ exsiccat' a quo recedit. Nō est itaq; differentia inter medicinas lactis ℨ menstruorū nisi quia matrices indigent aliquotiens medicinis vehemētioris caliditatis ℨ maioris incisionis: qm̄ vene que sunt in matricibus vehemēti⁹ indigēt reb⁹ φ apiāt ipas ℨ indigēt sāguie φ sit facilioris exētōis cū matrix ipa nō hēat adiutoriū ad sāguinē i se: qm̄ sāguis qui advenit ei nō alter est nisi qr expellitur ad eam ℨ non qr attrahit ipsa ipm ad se: sanguis autem qui venit ad mamillas ℨ est in hoc defectus in eo quo ipe sunt cōrēte nō indiget nisi re parva adiutorij cum medicinis. Et medicine iterum quibus fit iuvamētū in attractiōe sanguinis ad mamillas sunt iterum iuvative in pvocatione menstruorum ubi non currit res fm diminutionem eoℨ Quādo vero mēstrua diminuuntur diminutione multa: aut abscinduntur penitus. non psunt tunc medicine predicte sed indigetur fortioribus. Et iterum provocantia menstrua sunt similia in virtute pvocantibus urinam. Debet tamen eē minoris exsiccationis φ illa. dicunt ergo medicine pvocantes menstrua esse subtiliatie incisive apertive opilationum sive exhibeantur interius sive exterius approximent': ℨ sunt ex eis simplices ℨ composite. ¶ Et de simplicibus dixit Gal. 5° de simplici medicina sunt savina: ℨ mirra ℨ calamentum fluviale ℨ silvestre pulegium costum amarū: assarum cassial. cinamomum amomum. aristol. ℨ plāta dicta barlion: ℨ cum his scribuntur alia 9° cōtinentis ℨ sunt rubea tinctorum lupini amari ruta cortex radicum caparis centaurea minor cyperum feniculus nigella apium silvestre ℨ prasium amcos squinantum flos cheyri citrini caulis sigia idest storax cordumeni laureola supposita descendere facit ipa hora: ℨ savina magis φ alia qm̄ est ultima in attenuatione folia urtice oppoponacum dauc. folia maiorane flos arthemisia ℨ succus eius ℨ faseoli oculi nigri semen eruce vel urtice ℨ utrunq;. Et cum sumūt' ex eo. ʒ. ij. erit cura melior omnibus alijs in pvocatione mēstruoℨ. Et ex pvocātibus est diptamum fu. origanum siler montanum carpoba. nardus castor cortex cassiefi. borax acorus zinzi. piper piretrū anisum calamus aromaticus sapi. colloquintida. fella gentiana. iuniperus flos purpureus alchana mustus bacce lauri balsamus persicaria berbena electuariū yrigeon chimum saturegia semē petro. absinthiū matersilua mellissa matricaria cū flore suo lactuca asini. Dixit Avi. pvocant mēstrua fortiter ℨ interficit embrionē vivum ℨ extrahit embrionem mortuum. Et subdit ℨ est res magis pvocans menstrua ℨ magis conveniens ℨ qd datur de ea ultio idest qd ad plus ministratur est aureus idest bibitus vel supposit⁹ yperico. Valet enī cū pprietate semē agnicasti semē levistici qm̄ provocat virtuose ut dicit Avi. ℨ Galie. 17° de simplici medicina. Et Serap. etiam dixit φ valet radix eius ℨ semen ℨ vinum etiā vel aq̄ decoctionis eius bibitū valet milium solis. Dixit dyas. ℨ est mirabile spillum. dixit Serap. cum vino bibitum betonica cum ʒ. j. eius cum duabus ℥. vini bibitur. Enula cum bibitur ex succo eius pondus ℥. ij. cum totidem aque roris marini cum bibitur radix eius sicca cum vino. Cardus benedictus ℨ ut puto est yrigeron singulis

Nō φ añ ipe mēstruoℨ ōis qr tuor vel qnq; dieb⁹ flomare debes

Nō. ℨ vide simplicia pvocātia mēstrua fm gal.

rō singulis mensibus cōmestus in frixellis valet vtiliter. Et vt di cunt infallibiliter ꝛ potenter mēstrua ꝓuocant yreos alias lauda num spargus camedreos camapitb dragontee radix ꝛ beronie peonia artanita euforbium ꝛ elli ambo. Ex ꝓuocantibus conueni entibus in causa calida est tassus barbasus idest radix eius sūpta ꝛ radix altee ꝛ infusio sisami aut fenugreci bibita ꝛ isopus humi da cum mellilloto. ꝛ butiro ꝛ supposita capum bibitum endiuia cicorea scariola ꝛ earum semina etiam cucumeris ꝛ cucurbite ꝛ adiātos ꝛ ceterach: maxime quando cum istis frigidis misceꝛ tur aliqua ex ꝓuocantibus menstrua calidis ꝛ similia bis. Dixit diascorides mellissa fomentata ꝛ carbaplasmata pectini mēstru is longo tempore retentis imperat. Et dixit Albertus quando se det mulier in decoctione mellisse ꝛ stat in ea per aliquod temꝛ pus ꝓuocat menstrua ꝛ folia eius bibita valent. ꝛ decoctio floꝝ vel foliorum matrisilue consimiliter approximata valet. vinum decoctionis seminis ꝛ radicum leuistici bibitum fomentatū ꝛ cataplasmatum multum valet. Uinum decoctionis seminis iuni peri bibitum ꝛ fomentatum ꝛ puluis ipsius seminis cum vino sb tili modice limphato sumptus bn̄ operatur ex predictis similibus possunt fieri multe medicine composite. Et tam in simpliciuꝫ apꝛ proximatione ꝙ compositorum dantur regule. Quarum vna ē in eligendo horam approximationis earum de qua dixit Gali. in libro de flomia ꝛ ponitur a Rabi. in. 16ª melior hora exbibitionis medicinarum ad menstrua ꝓuocanduꝫ est in exitu mulieris a bal neo postꝙ in eo quieuerit ꝛ humidare idest sudare cessauerit. 2ª est ꝙ approximentur post dispositionem factam de matrice per fomentationes ꝛ cathaplasmata ꝛ fumigationes. quoniam tūc omnia remedia melius ꝛ citius operantur. 3ª regula est ꝙ ante exꝛ hibitionem ꝓuocantium menstrua p̄mittatur p̄paratio sanguinis ad currendū subtiliando grossum incidendo viscosum ꝛ vias du ctuum aperiendo cum eductione humoris peccantis. Digeratꝛ itaqꝫ ꝛ preparetur materia cum sirupo arthemisie qui sic fit. ℞. arthemisie. ℳ. ij. pulegij calamenti mentastri origani mellisse ꝑ sicarie sauine samsuci capill. ue. camedreos perforate camepithe os matricarie cum flore centauree minoris rute betonice mellisse an. ℳ. j. radicum feniculi apij petro. spargi brusti saxifragie enu le diptami ciperi rubee tinctorum ireos peonie an. ʒ. j. seminis iuni peri leuistici petro. apij anisi nigelle carpobal. costi assari piretri ca siel. cordumeni calami aromatici fu. an. ℥. s. conquassentur ꝛ infū dantur in aqua pluuiali sufficienti per diem ꝛ noctem postea deꝛ coquātur ad medietatis aque consumptionem tunc deponātur ab igne ꝛ dimittantur donec aqua tepuerit tunc cum manibus i in ipsa aqua fricentur postea colentur ꝛ in colatura addatur mel vel zucharum quantum sufficit ꝛ fiat sirupus. Et si humor fuerit viscosus acetosetur cum aceto acuto vel squillitico ꝛ fiat sirupus aromatizatus cum cinamomo ꝛ nardo cuius dos. sit. ℥. ij. cum potu aq̄ sublimationis rubee tinctorum ꝛ vbi non haberetꝛ cum aqua ar themisie vel alicuius similis. Et sumatur hic sirupus per sex dies aut amplius. deinde purgetꝛ cum benedicta aut catartico imperia li vel electuario indo. aut cum pillulis fetidis ꝛ similibus. Et si tēꝛ pus retentionis menstruorum precesserit in longum iteretꝛ digō ꝛ subsequenter etiam fiat purgatio. ¶ Et scias ꝙ fm me ista pur gatio debet precedere flomiam venarum pedum ꝛ ipius vicari os: ꝛ post euacuationem detur yeragalꝛ qm̄ est efficax. Et trisera. magna sine narcoticis facta ꝛ continuata cum brodio galline veꝛ teris delicatio vel cum predicto sirupo aut cum decoctione pule gij calamenti ꝛ mentastri. Dixit Gal. postꝙ minuebā sasenaz aut scarificabam dabam in potu castoreū cum mentastro fluuiali. qm̄ ꝓuocat menstrua in quolibet dispositione sine nocumento cū sit melius omnibus alijs ēt licet febricitās fuerit dūmodo febris ei⁹ sit leuis. ¶ Et Ysaac hoc idem dicit sed addit si non fuerit calidi tas ne recipiat inde mulier nocumentum ꝛ fortasse intellexit de i tensa ꝛ acuta. Dixit Serap. medicamen qd̄ ꝓuocat mēstrua abs qꝫ nocumento. ℞. castor. acori seminis anisi ꝛ apij ꝛ da in potu cū vino liphato. Dixit Gal. sume diptami ꝛ corticum felichie an. ex ag. i. sauine ex ag. s. tere ꝛ cum melle tēpera dispūato ꝛ da ex ag. i. cum faseolorum rub. aqua in salina idest in ieiunio ¶ Dixit Alman. troc. de mirra dentur qui sic fiunt. ℞. mirre. ʒ. iij. lupinoꝝ optime tritorum. ʒ. v. foliorum rute mentastri pulegij cimi rubee de qua tingitur asse serapini oppoponaci an. ʒ. ij. fiant troc. s. cuꝫ vi no quoꝝ vniusquisque sit. ʒ. ij. ꝛ detur vnus in aqua in qua semē iuniperi sit coctum Alia descriptio loca balasce ꝛ assaꝫ fetidam ꝛ ꝛ tiriaca optime fermentata cum. ʒ. j. castor sumpta cum vino de coctionis mellisse vel. arthemisie. Dicunt mirabile hoc esse expe rimentum. ℞. suci mercurialis ꝛ mellis mundi an. ℥. i. pulueris ni gelle quantum sufficit ad conficiendum ꝛ inde possent fieri pillule grosse ꝛ exhibe duas vel tres in nocte qua mēstruari debeat mu lier ꝛ fluent mestrua copiose. ¶ Puluis factus ex cassial. ꝛ corꝛ tic. cassiefi. cinamomo diptamo ꝛ croco an. sumptus cū decoctio ne diptami ꝛ mellisse vtiliter. ꝓuocat mēstrua ꝛ si addatur eis bo rax ꝛ castor est forte dos. ij. cum vino subtili. Amplius eligere po tes ex his que dicta sunt superius in ꝓuocatione aborsus vel secū dine aut fetus mortui. ¶ Et scias ꝙ medicinarum que sumuntꝛ

Uide d̄ hora q̄ debēt approxi mari ꝓuocātia mēstrua

Uid ꝙ castor. ū ꝓuocat men strua in q̄libet dispōne

ad ꝓuocanduꝫ menstrua dos. debet esse magna ad hoc vt effica tiam habeant. Qd̄ si illis sumptis post aliquam quietem mulier teneat pedes ꝛ crura in aqua calida dirigentur citius ad matricē ꝛ fortius opabūt. Tiriaca diatesserō sūpta cū. ʒ. j. mirre ꝛ. ʒ. j. nigel le ꝛ vino subtili aperit opilationes ēt veteratas ꝛ maxie si suppōa tur cum succo mercurialis. ¶ De medicinis aūt approximandis ab extra dicit Ipo. 5º affo. muliebria educit ex aromaticibus cale factio vt dicunt nō solum videlicet ipsoꝝ calefactio iterius sum ptorum sed exterius approximatorū siue in ēplis siue epithimatiꝛ bus embrocis vnctionibus encatismatibus fomētationibus vel fumigijs ēt fumū eorum ad p̄nnos recipiēdo ꝛ eos pectini ꝛ vulꝛ ue applicando aut paneꝫ calidum puluere eorū aspersum vulue approximando aut supponendo vel pessarizando aut digito inūꝛ cto ꝛ puluere ipsorū asperso vuluam intus fricādo. ¶ Dixit hal. vmbilicū ꝛ pectinem cū aromatibus carbaplasma testatur enim hoc Ipo. eē mirabile ad circuitus sanguis educendos. reseāt eni opilatione si ex grossis fuerit humoribus incidentia illos ꝛ subtilia antia. venarumqꝫ aperiūt ora que cā frigiditatis fuerant reducta idest constricta ꝛ matricum dissoluunt inspissationem sua calesaꝛ ctione ꝛ subtiliatione ꝛ sanguinis extenuant grossitiem. Et aro mata que hoc faciunt. Dixit Haly. sunt hee spica cinamomuꝫ xi loaloes carpobal. nux mus. bestasi bellum galia muscata costum: amomū adhereri flores ꝛ similia hec omnia vel maior pars ipoꝝ sumantur ꝛ trita mediocriter in sufficienti aqua decoquantꝛ ꝛ in sacculo ponātur lineo qui ūbilico sepius apponantꝛ ꝛ pectini. Di xit Aui. vaporatio cum speciebus ꝓuocat menstrua ꝛ suffumiga tio cum coloquintida sola ꝓuocat menstrua in dispositione idest statim ꝛ similiter oppoponacis ꝛ serapinum ꝛ cordumeni ꝛ alia similia non habentia stipticitatem oio aut nisi paucam valde. huꝛ iusmodi debent poni super prunis positis in vase posito sub scam no sup quo sedeat mulier ad recipiendū fumigiū ad vuluam cuꝫ traiectorio vel emboto posito super vase in quo sunt prune: ꝛ vo catur talis vaporatio humida cū rebus decoctis in vino vel aqua ꝫ dispositionē: nā si fumigetꝛ mulier cuꝫ decoctione sauine lauri rute ꝛ pulegij. ꝛ sit tunc vndiqꝫ bene cooperta ꝛ postea lauet vul uā ꝛ adiacētia ista decoctione bn̄ calida ꝛ postea succi rute. ʒ. j. cū vino calido bibat si faciet sic de sero ꝓuocabuntur de mane men strua. Si fiat fomentum dixit Gilibert. ex decoctione gallitrici be tonice sauine ꝛ arthemisie. ꝛ balsamuꝫ postea potetꝛ ꝛ sine mora educet. Fumigium qd̄ inueni vtile fit ex decoctōe saturegie puleꝛ gij sauine arthemisie radicum aristol. ro. radicum enule ꝛ yreos ꝛ radicum artanite vel cucumeris asinini post cuius receptioneꝫ sedeat in ipā decoctione. Aut fomentetꝛ pecten ꝛ membra genita lia cū spōgia in ea infusa ꝛ expressa. Emplastrum ponatꝛ sup sumē factū ex farina lupinoꝝ absinthio elleboro myrra ꝛ ruta ꝛ nigella cum felle taurino. Est eniꝫ cite operationis ēt in diuturnis maxi me si yera galie. cum vino decoctionis iuniperi biberit. Fiat hoc nastale vtiliter conferens ēt nō inducēs ardorē. ℞. gentiane ꝛ pu legij an. ʒ. ij. nigelle. ʒ. j. contere subtiliter ꝛ tere cum pulpa carica rum pinguiuꝫ ꝛ succo mercurial. donec fiat sicut pasta. Aliud. ℞. bn̄dicte. ℥. s. pulpe coloquītide nigelle an. ʒ. j. cōfice cū succo mer curial. Solus puluis nigelle in sacco reclusus ꝛ vulue suppositus bene operatur. ¶ Dixit Rasis in diuisionibus suppositorium ꝓ uocans mēstrua ꝛ emoroidas. ℞. ciclamen ꝛ elleborum albū cala mentum serapinum ꝛ euforbium ꝛ resolue in aqua sauie recenti ¶ Dixit Aui. sumatur ex euforbio sexta pars. ʒ. vnius ꝛ bene cō trita supponatur hora vna ꝛ nō dimittatur plus: qm̄ facit fluere sanguinem faciliter. Dixit Haly. infunde lanam in aqua pigami ꝛ calamēti fluuialis ꝛ super asperge puluereꝫ diptami ꝛ armel ꝛ suppone. Aliud faciliter ꝛ velociter ꝓuocās. ℞. eleboruꝫ nigrum pulpā coloquin. lupinos absinthioꝝ marinū ꝛ sauinā ꝛ trita diligē ter ꝛ lane puluerē pōe que lana fello taurio tincta supponatꝛ. Ali ud sume castor ex agi. s. ꝛ musci graua. iij. ꝛ cuꝫ oleo sambucino dissolue lanā in eis intictā suppone. ¶ Suppositoriū. A. bonū. ℞. myrre calamē. an. ʒ. iiij. sauie. ʒ. viij. rute sicce. ʒ. x. passul mūdataꝝ. ʒ. xx. ꝓficiantꝛ cū felle vaccio ꝛ fiāt ex eis nastalia. Et iteꝝ castor ꝛ myrra ꝛ musc⁹ reducātꝛ ad similitudinē gladiū cū oleo de been vel sambucino in lana infusa in oleo sanbucino ponatur galbanuꝫ ꝛ supponatur. Formetur de radice yreos recēte ad modum digiti ꝛ de sero inūgatur in eo de radice elli albi ꝛ dimittatꝛ sic vsqꝫ ad aliud sero: tunc extrahatur ellus ꝛ radix intincta in oleo laurino supponatur. ꝓfunde qm̄ cito ꝓuocat. Dixit Guilielmus fiat suppo sitorium ex radice malue vel maleuisci vel tassibarbasi tribus di ebus ꝛ si nō ꝓuocat inungatur cum aliquo oleo aperitiuo. Et si non prouocat inungatur ꝛ spargatur puluere euforbij costi ꝛ castorei. Dixit Gilibert. Si ꝓpter acumen medicinarum itus supꝛ positarum doleat mulier iniciatur oleum ros. vel viol. aut aliqua medulla vel butyruꝫ sine sale. ¶ Empl'm hoc super vmbilico ꝛ semen positum ꝓuocat mēstrua ēt multis annis retenta. ℞. lupi amarorum absinthij elebori an. ℥. j. myrre. ℥. s. rute. ʒ. ij. tereantꝛ cum felle tauri cōmisceantur. Dixit Haly. Si ex imoderate corꝛ pulentie causa acciderit vrēdum erit medela corporis extenuatia cum exercitio forti ꝛ ieiunio multo ꝛ cibo ꝛ potus minutōe ꝛ me

No. ꝫ aromata q̄ laudātꝛ ꝛ bn̄ educere menstrua

Uid ꝫ q̄ solus puluis nigelle applicatur ad extra valet ꝛ bn̄ operat in ꝓuocando et.

dicaminum exhibitione s'a deponētium. Et dehinc exhibeatur que menstruis iperant ⁊ dixit saffene s'oia ⁊ vētosarum crurib⁹ appositio eis maxime cōuenit qbus conclu⁹ mēstruoꝝ accit quia ad nares fit sanguis emissio. ¶ Dixit Aui. cuꝫ acciderit mēstruorum retentio cā totius corporis vniuersalis vt in febribus aut ex passione alicuius mēbri vt epatis stōaci vel splenis sanatio erit ex bibitio medele illarum passionum ⁊ si retinentur ꝓpter ꝓuocationem lactis. Dixit Guil conforτentur mamille cū stipticis ne recipiant ⁊ postea que ꝓuocāt dētur Si ex duricie matricis mēstrua detinentur fiat matrici empl'm mollificatiuū ex adipibus mucilaginibus ⁊ medullis. Dicunt quidam ꝙ si patiens suis manibus dissoluat fermētū frumēti cū aqua sicut fit quādo fit panis deide ad posteriora flectatur manibus suis non lotis concellatis tantum ⁊ ore ter sugat ex tali fermēto dissoluto deinde bibat coclearium mell' mēstrua reuertentur tenēria suum ordinem naturalē. Dixit ꝙ si vir inungat virgā suam succo nepite ⁊ sic cum ea coierit ipa nō coibit cum alio ab eo.

Vid h d succo nepite q nō pmit mulierē cū alio coire

¶ Cap^m 23^m de fluxu hūiditatum a matrice.

Dixit Auicenna quādoqꝫ accidit mulierib⁹ vt currat ex matricibus earum humiditas putrida sup. ⁊ qñqꝫ nō putrida que qñqꝫ est grossa mucilaginosa ⁊ qñqꝫ est fluida aquea. Et hē sunt albi coloris non clari ꝯm pl'in. Et vocatur fluxus harum hūiditatū curs⁹ matricis ⁊ a quibusdam mēstruoꝝ alboꝝ ⁊ a qbusdā ꝓfluuiū albuꝫ Possunt etiam a matrice fluere hūiditates attinētes sanguini ⁊ rubori ⁊ hūiditates ēt colerice acute citrine sꝫ hoc est raro ⁊ melancolice grosse nigre ⁊ rarius est. Et qñqꝫ accit dixit Aui. vt currat ex eis iterū spma. nā testiculi mulieꝝ lꝫ sint situati matrici ex pte exteriori in matrice earum tñ vasa spmatica que sunt post testiculos penetrāt intus portātia sperma ad interiora matricis. Dixit paulus qñꝫ exeūt de matrice manationes ꝓcedentes de toto corpore. ¶ Et Rasis dixit i diuisionibus fit eaꝝ cursus ex dominio vnius hūoꝝ in corpore. dixit Aui. fluxus hūiditatū nō spmaticaꝝ fit ꝓpter multitudinē supfluitatū multiplicataꝝ in toto corpore p viā idigōnis maxie cū vtitur mulier malo regie degēs i aeribus fridis ⁊ hūidis cū tristicia ⁊ otio sumēs cibos ⁊ potus plimos difficilis digōnis ⁊ multaꝝ supfluitatū precipue ex fructibus ⁊ herbis frigidis ⁊ hūidis ⁊ cū sumit cibū aut potū nō in sua hora ⁊ añ digōneꝫ cibi pāssumpti: ⁊ maxie cū perducit regimē eius ad nauseatiuā satietatē ad que seqt' supfluitatū multiplicatio ⁊ fiat ipaꝝ cursus ex matrice. Dixit Aui. aut ꝓpter debilitatē digōnis in venis mēstruoꝝ cū putrefit matrix. i. materiā ipaꝫ malā ⁊ cōceptam corruptā recipit vel cū putrefit matrix ⁊ debilitat' ⁊ nō pōt in repulsione ipaꝝ. sed eas recipit. Sꝫ fluxus humiditatū spmaticaꝝ fit sicut cursus spmatꝭ in viris.

No. ⁊ vid cāz flux⁹ supfluitatū a matrice venientiū nō spmaticarum

Et signa quidē generis lꝫ vtpl'm habeant' relatōe patientꝭ. tñ haberi possunt a medico. Et eni habentis cursum matricis. dixit Auic. difficilis fit hanelitus. ⁊ cadit appetitus cibi ⁊ destruitur idest pmutat' color patientis ad colorē nō bonū: ⁊ aduenit ei apa ⁊ inflatio sine dolore i oculo ⁊ in palpebris oculoꝝ sine dolore ꝯm pl'm. s. sicut accit in cacesia ⁊ quandoqꝫ accit vel fit cū dolore: ⁊ vt dicūt accit difficultas hanelit⁹ ⁊ casus appetitus ⁊ pmutatio coloris pp vapores corruptus surgētes ab illa corrupta hūiditate anteqꝫ descendat in matricē vel ēt postqꝫ ad eā descenderit dū in ea retinet'. ¶ Et accidūt in cursu spermatico pp debilitatē quā cōsequūt' ide membra nutritiua ⁊ spūalia sup que nō hñ digerūt nec hñ cōuertūt in se nutrimētū sed multiplicāt' in supfluitates male: ⁊ inflatio palpebraꝝ qñ ē sine dolore ꝓcedit ab indigōne: ⁊ qñ ē cū dolore ab ascēsione vapoꝝ.

Signa specierū fluxus spmatici. pl'm est cū desiderio ⁊ appetitu ad coitum: ⁊ si est cū mordicatione ⁊ titillatōe siue cōmotione in matrice tūc cā ē tenuitas spmatis ⁊ acuitas eius ⁊ qñꝫ est cū pruritu cōmouēte matricē donec descendat spma. qñꝫ est sine desiderio coitus ꝓpter debilitatē matricis ⁊ vasoꝝ spmaticoꝝ eius ⁊ hūiditatē mollificātē ea. Et discernit' flux⁹ spmatic⁹ a fluxu aliarū hūiditatū. p⁹ i s'ba: nā spmatic⁹ ē s'be mediocris densioris qꝫ sit hūiditas ista. nꝫ est grossa mucilaginosa ⁊ i colore: q: mā spmatica est magis splēdida: illa vero hūiditas luculēta magis. Et ēt odore q: mā spmatica nō est ita mali odoris vt illa q̄ vtpl'm est fetida. Et in quantitate q: est minoris qñtitatis longe qꝫ illa. Et in accidentib⁹ cōsequētib⁹: nā ad cursū spmaticū citior ⁊ maior sequit' totius corporis debilitas: ⁊ magis accit ad cursuꝫ hūiditatū corporis ⁊ capitꝭ indigō ⁊ supfluitatū multiplica⁹ q̄ magis apparent i his q̄ ore narib⁹ auribus vel oculis expurgantur qpropter mollificāt' loca maxillarū ⁊ cōiter nerui motiui toti⁹ corporis hūidi ⁊ debiles reddūt': imo ⁊ totum corpus humidius iudicat'. Et signū quo maxie distiguit' est q: in cursu hūiditatū illarum os vulue q̄si cōtinue hūidum repit'. in fluxu v̄o spmatico nō nisi ad tp̄s expulsionis spermatis: ⁊ fluxus spmaticus nō accit p̄gnātibus: ⁊ si aliquādo accit nūciat aborsuꝫ. cursus v̄o illarum hūiditatū accit eis preterqꝫ cōsequat' aborsus. pñt eni fluere sicut ⁊ mēstrua rub. per venas positas extra cōcauitatē matricis. s. in collo eius. Et ex mulieribus sunt que patiuntur cursum vtrunqꝫ mēstruoꝝ vtpl'm cursum vnius post alterius cursū. ⁊ raro simul Et vrina quidem in cursu hūiditatū est vtplꝫ grossior turbidior ⁊ plena illis humiditatib⁹. In fluxu vero spmatico est magis limpida: ⁊ est in fluxu spmatico nō mali odoris: in fluxu vero hūiditatū frequēter est fetida. Et discernit' inter species illaꝝ hūiditatū dixit Aui. ex substātia eius que fluit cū colligit' in pāno ⁊ exsiccatur modo predicto de mēstruis rub. vel cognoscit' ex colore menstrui i. mēstrui rub. cū ipm exsiccat'. s. vt supra vt qualis fuerit ille sanguis menstruus talis fit ⁊ ista hūiditas ⁊ si qdem color vergit ad rubedinem hūiditas illa attinet sanguini: ⁊ si ad albedinē flegmati ⁊ si ad citrinitateꝫ colere. ⁊ si ad fuscedinē ml'e ⁊ eni melācolica qdē est parue qñtitatꝭ ⁊ colica post ipaꝫ ⁊ est cuꝫ acuitate ⁊ pruritione ⁊ sanguinea est maioris qñtitatis qꝫ colerica ⁊ vltimo i quātitate maior est f'latica ⁊ est illa que est ꝯm pl'm. Et scias ꝙ carentes mēstruis rub. in nō suo tēpore vtpl'm habundāt albis. Et quedam earum hñt ista mēstrua alba oī mense ꝯm piodū rub. cū quo sane degūt. ⁊ quedā emittūt māꝫ saniosaꝫ modice ꝓpter qd̄ fiūt in eaꝝ matricib⁹ vlcera. aut ꝓcedit ista sanies ab vlcerib⁹ que sunt in mēbris que sūt supra matricē. Aut est aliqñ illa sanies non vera. sꝫ similis eueniēs ex materijs corruptis quas actio mēbroꝝ dealbauit ⁊ discernit' a vera sanie p odorē. Et fluxus qdem hoꝝ mestruorum alborum qñꝫ est cum dolore pectis renuꝫ ⁊ dorsi ⁊ alijs accidentibus euenientibus in menstruis rub. que accidūt quandoqꝫ añ fluxum quandoqꝫ in ipo fluxu qñꝫ v̄o post fluxum Dixit paulus color est cōdominās in istis hūiditatibus ꝯꝫ coloreꝫ hūoris p̄dominātis. Nā si fuerit humor sanguis erit in colore aq̄ carnis. si colera color erit citrinus aut forte viridis. dixit Auic. curatur fluxus spmatis mulieris sicut fluxus spmatꝭ in viris ⁊ dictū est in cura gomoree.

Vid h ꝙ mulieres q̄ vt plm carēt' mēstruis ru. i nō suo tpe habūdāt albis humiditatibus

Cura vero humiditatū duplici pficit' instrumēto. s. dieta ⁊ potione. Et dieta qdē cōsistit in euitatōe habitationis hūide ⁊ precipue si frida fuerit ⁊ euitatōe tristitie ⁊ qetꝭ mī'te ⁊ sōni ꝓlixi ⁊ p̄cipue diurni ⁊ euitatione ciborum ⁊ potuū multoruꝫ ⁊ eoꝝ omniū q̄ sunt difficilis digōnis ⁊ multarū supfluitatū gnātiui ⁊ ꝓcuret' vt digō bona fiat in stōacho epate ⁊ mēbris ⁊ fiat cōtinua supfluitatis expulsio ⁊ deuitetur coitus. Dixit dyas. fructus berberoꝝ ꝯmestus ⁊ bibit⁹ sup. ⁊ silr succus eoꝝ aufert antiquū cursū ⁊ āntiquas humiditates matricis. ⁊ verificat' de humiditatibus sanguineis ⁊ etiā f'laticis fluide ⁊ colericis. in melācolicis āt aut mucilaginosis nō cōperet ⁊ sumach in saporibus cū cibis sumendis ⁊ ēt decoctus cū cibis ⁊ agresta ⁊ exsiccatura silr cōueniunt. ¶ Dixit Aui. hūiditates albas que egrediunt' a matrice qñqꝫ aufert sumach.

No. ⁊ vide virtutē umacqꝫ sicut hūiditates matricis albas qñꝫ

In cura ꝑ potōeꝫ innuit paulus ꝙ si earū manatio fuerit in circuitibus piodoꝝ: ipa tūc sūt curanda in tēpore quietis ⁊ tēpore insultus ꝓcedendū est ad mitigandum. Qd̄ si fluxus sit sine circuitibus tūc omni hora intende curationi eius ⁊ siue sine circuitibus siue cū eis cura fiat cū eūatiuis illi⁹ hūiditatis digōe p̄missa vbi necessaria fuerit ⁊ cū diuersione eiusdē ad ptes oppositas. maxie cū fricatōe forti facta sup totū corpus ⁊ exercitio totius laborioso. ⁊ ꝓuocatōe sudoris ⁊ vrine. ⁊ deide cū cōfortatōe matricis ⁊ exsiccatione ipaꝝ hūiditatū ⁊ eductōe earū que in matrice remanserunt. Sciēdū tñ ꝙ cursuꝫ harū hūiditatuꝫ retinere nō cōuenit cū mūdificet' ab eis corpus p cōuenientem regionē ⁊ hoc nisi superfluant aut nisi cōtinent'. Cōtinu⁹ eni ipsarū cursus conceptionē ipedit corrūpendo spma. aut ipm lubricare extra faciendo. ⁊ clausionē horis matricis ꝓhibēdo ⁊ cuꝫ ēt hoc patiētes mulieres fastidiosas ⁊ viris nō gratas reddit. Pro eūone aūt fienda dixit Hal. attēdēdū est cuius spēi sit hūor ⁊ si sāguineus est basilicā minue ⁊ si ex alijs sit hūoribus cū medicina eos euacuante depone. Dixit Rasis. in diuisionibus. Cura p̄mo est ꝙ extrahat ex corpore chimū dominātē. Dixit Aui. incipiatur a mūdificatōe corpis cū flobotomia ⁊ solutione vētris si eget' ambobus sup. vel altero tm̄ ꝯm exigētiā ⁊ solutio qdē vētris ꝯm plꝫ necessaria ē post flobotomiā vt exsiccet' ⁊ ingrosset' sanguis ⁊ humiditas ei cōsumat' ad mixta. Et vomitus qdē sicut dictuꝫ fuit in cura fluxus mēstruoꝝ est vltimus q: cū hoc qd̄ eūat ēt diuertit ¶ Sirupus digestiu⁹ hūiditatꝭ fluide. siue sit cū sanguie mixta siue sine eo sic fit. ℞. gnoꝝ ⁊ folioꝝ mirti plātaginis burse pastoris balausti ciperi sqnanti mēte semis agni casti. carpobal. an decoqntur in aqua extinctōis calibis ⁊ cum zucaro fiat sirupus aromatizatus cū nuce mus. mac. ⁊ gariofi. dof. ℥. ij. cū aqua solatri. deiñ euacuet' cū educentibus aquā ⁊ hūores aqueos. Dixit Gal. in ꝓuerbijs ꝓnosticoꝝ de quadā muliere fluebāt hūiditates albe sicut liquide quā laxauimus cū eo qd̄ laxat aquā. deinde dedi de decoctione p̄dicta ⁊ cōualuit p. 15. dies. Quod si cursus fuerit ex materia mucilaginosa digerat' cū sirupo q sic fit ℞. arthemis. matrica. mellisse prasij assari leuistici an. ℳ. j. anisi cimini. ameos calami aromatici an. ℥. 5. radicū enule. ℥. j. decoquant' ⁊ fiat sirupus cum melle acetosatus cum pauco aceto sq̄llitico ⁊ aromatizatus cū cinamomo

namomo ⁊ gariofi. ⁊ postea purget᷑ cum medicina educente flegma grossum viscosum Et similiter si materia fuerit colerica aut melancolica digerat᷑ ⁊ euacuet᷑ cum medicina conuenienti ⁊ oz reiterare has euacuatiões ſm ꝙ videbit᷑ expedire. ¶ Et scias ꝙ in ꝓcessu post bonã minoratione materie vsus mirabol. ẽ magne vtilitatis ⁊ exsiccationis ⁊ tu elige ex eis ea que tue ſbe aut materie cõueniũt ⁊ ſcã euõne diuertat᷑ mã cũ modis diuersionis. ¶ Dixit Aui. fricet᷑ crura cũ oleis subtiliantibus cũ medicis calidis sicut est oleũ de sqnãto cũ pipere ⁊ piretro. Et dixit Gal. dañ. est in potu illud qd̾ euat illud qd̾ fluit ad matricẽ. Deinde dixit Raſ. i diuisionibus deueniendũ est ad medicinas que cõstringũt fluxum ex eis que cõueniũt cõplexioni ⁊ etati ⁊ desiccãt corpus absq̧ calefactione manifesta imo cũ infridatõe si mã fuerit calida Aui. tñ dix̾ añ approxiatõz desiccãtiũ stipticoꝝ primo matricẽ esse mũdãdaz Vñ post euõnẽ dixit clisterizet᷑ matrix in primis cũ mũdificatiuis ⁊ exsiccatiuis. s. que sunt talia ꝙ cuz hoc ꝙ mũdificãt matricem desiccẽt sicut est decoctio prassij. ¶ Et coctũ qdẽ intinctũ i terbẽtina matricem optime purgat suppositum. Et folia mercurialis aliquãtulũ cõtrita ⁊ supposita bis in die mane ⁊ sero matricez ab hũiditatibus fedis ⁊ corruptis sine lesione purgãt. Et signũ sufficient̾ purgationis est ꝙ amplius supposita ledant ⁊ dolorẽ causant. Et decoctio carpobal. ⁊ xiloal. iniecta aperit os matricis ⁊ extrahit ex ea hũiditates. Dixit Aui. sumat᷑ collogn. s. recẽs vt dixit Haly. ⁊ ꝑforet᷑ ⁊ extrahant᷑ ex ea grana eius ⁊ impleat᷑ oleo d̾ lilio ⁊ dimittat᷑ sic die ac nocte donec bibat oleũ integre. deinde colet᷑ cũ expressione ⁊ clisterizet᷑ cũ eo matrix dũ est tepidũ. hoc eni est mirabile ad lubricitatẽ matricis hũidã. deinde deueniendũ est ad exsiccãtia que ab intus ⁊ ab extra approxiari possunt ⁊ de approximandis approbatis intus sumẽdis ẽ electuariuz qd̾ sic fit

Vide mirabile oleũ d̾ cologntida valẽtis i luhriditate matricis hũidã

℞. gariofi. macis nucis mus. margaritaꝝ galãge an. ʒ. j. radicũ consolide maioris exsiccatar. ʒ. ij. sqnanti calami aromatici mirre seminis apij anisi sumach granoꝝ mirti an. ʒ. j. ß. seis agni casti acacie olibani masticis fructus tamarisci gallarũ cipressi an. ʒ. ß. mell. quãtũ sufficit. ¶ Aliud faciens ad cõceptũ si sterilitas fuerit causa cursus. desiccat eni eas ⁊ matricẽ cõfortat. ℞. ciamomi gariofi galãge. xiloal. zinzi. an. ʒ. j. blance bisancie croci nardi nucis mus. roſ. ru. cardamomi macis piperis lõgi troc. dyarodon. sandaloꝝ citrinoꝝ sirici crudi ambre an. ʒ. ß. musci grana. iiij. cõfice cũ zuccharo albe dissoluto cũ. ℥. iiij. sirup. roſ. ʒ. iij. cuz potu vini antiqui. Aliud valẽs in mã melãcolica. ℞. xiloal. antos seis agni casti cinamomi nucis mus. cardamomi. sirici crudi incisi an. ʒ. j. roſ. ru. liquiri. gũmi arabi. an. ʒ. ß. corticũ citri. ʒ. ij. zuchari q̃tũ sufficit. Aliud valet in mã melãcolica ⁊ sanguinea. ℞. roſ. ru. sandalorũ oĩum gũmi arab. dragagãti acacie granorũ granatoꝝ coriandri preparati an. ʒ. j. radicũ cõsolide radicũ. brusci maioris radic. sigillisancte marie an. ʒ. ij. floꝝ arthemisie limature auri an. ʒ. ß. zucari qd̾ sufficit dissolue zucarũ in aqua roſ. ⁊ aqua solatri ⁊ coquat᷑ ⁊ cum eo spẽs cõficiantur. Et cõueniũt in hoc fluxu aliqñ medicine opiate vt dyaolibanũ ⁊ sagenea ⁊ similia. Et radix qdẽ sigillisancte marie recẽs cõmesta quoquomodo in paucis diebus hũiditates a matrice fluentes desiccat ⁊ succꝰ burse pastoris bibitus p. 15. dies optĩe desiccat eas ⁊ succus vel decoctio sumitatũ rubi. ⁊ silr cinosbati fructꝰ eiecta lana que intꝰ ẽ ab eo decoctio bibita. ¶ De ab extra aũt approximãdis clisteria ad matricẽ. Dixit Aui. fiũt ex aquis in quibꝰ decoquũt᷑ galle balaustie cortices granatoꝝ squinantũ mirtus ⁊ silia. Pessarium vtile hũidũ i hũiditatibus flegmaticis matricis ℞. sqnanti seminis agnicasti ciperi capoh. galaꝝ psidie flores pomi granati aluminis lameni corticũ mediani quercus masticis olibani folioꝝ mirti an. decoquant᷑ in vino ru. ⁊ colet᷑ ⁊ ex illo vino pessarizet᷑ mulier. Aliũ valẽs qñ cũ hũiditate ẽ acuitas. ℞. psidie balaustia. caude eque ꝯsolide recẽt̾ spodij ematithis gallaꝝ mirti acacie ipoq. radicũ vel florũ nenufaris solatri sempuiue an decoquantur in aqua plãtaginis ⁊ coriole ⁊ colent᷑ ⁊ colatura initiat᷑ in matricẽ. Est eni vtilis. coagulũ leporis ⁊ oĩa ẽt coagula supposita cõferunt. ⁊ stercus leporis imissus matrici d̾siccat multũ ⁊ amurca oli supposita oẽm putredinẽ eicit de matrice ⁊ cinis lini tamariscꝰ suppositus ẽt desiccat ⁊ folia centuᵐgalli cõtrita supposita ⁊ emplata vulue ⁊ inguinibus hũiditatem virulentaz fetidaz desiccãt a mrice fluẽtẽ. Dixit Ga. anisũ cũ sumach suppoitũ d̾siccat d̾coctõ agnicasti d̾siccat hũiditatẽ mrĩcis ⁊ eiꝰ orificiũ coãgustat. Et d̾ vtilibꝰ mltũ ẽ pãnꝰ lineꝰ infusus in vino decoctiõis icorie ferri paꝝ expressus ⁊ suppositus. Dixit Gal. cõtinue intra vuluã ponat peciam infusam in vino stiptico calido decoctõis aluis zucarini cupularũ glãdiũ corticũ piearũ balaustiaꝝ cipi ⁊ siliũ vrant᷑ glãdes cũ cupulis ipsarũ ⁊ cinis earuz supponat᷑ ⁊ simili modo opant᷑ galle vste ⁊ galle cipressi vste. Aliud. ℞. cornu cerui vstuz ⁊ radices bistorte ciperũ nuce cipressi gallã psidiã mirrã ⁊ sic in vino stiptico d̾coque ⁊ filtrum in eo infusum suppone. Puluis factus ex galla ⁊ squinanto in sacculo lineo inclusis in aqua decoctõis stipticoruz infusus. ⁊ vulue suppositus cõfert. Albertus dixit ꝙ radix assari sposita vuluis oĩum mulieruz eas exsiccat. ⁊ folia porri supposita cũ ꝓprietate cõferũt humiditatibus matricis ⁊ si cũ hũiditate fuerit acuitas supponat᷑ solatrũ aut sempuiua aut insũdatur pannus

Aliũ q̃ valẽt in casu si approximata fuerit ab extra

in succo ipsoꝝ ⁊ supponatur ⁊ sepe renouet᷑ ⁊ cõuenit recẽs radix mẽte supposita. Fiat emplm ab vmbilico vsq̧ ad vuluaz ex folijs lilij radice narcisci cũ succo abortani ⁊ spica celtica. Et si fuerit ibi acuitas fiat emplz ex farina ordei cũ succo iusqami albi aut papaueris solatri ⁊ sempuiue aut applicet᷑ spõgia infusa in aceto aque frigide ꝑmixto ⁊ expressa supponat᷑ ⁊ alia renibus ⁊ alia pectini applicetur. Et valet oleũ iuniperi inunctũ ⁊ suppositũ. Sessio vtilis desiccãs humiditates matricis cũ fortitudine. ℞. corticis interioris quercus ⁊ folioꝝ eius ⁊ galle ⁊ sumach cõtritarũ pellium. ⁊ cupularũ glãdiũ radicũ bistorte ⁊ folioꝝ ⁊ florũ tamarisci folioꝝ oliue cipi corticis olibani sqnanti psidie folioꝝ mirti aluis nitri an decoquant᷑ in vino vel aqua pluuiali extinctionis ferramẽtorum ⁊ sedeat in ea mulier ⁊ bene abluat partes matricis itus ⁊ extra ⁊ fomẽtet eas cũ spõgia vel filtᵒ ⁊ supponat sibi cotum infusuz in ipa decoctõe. Est eni hoc vtile valde ⁊ silr decoctio eius pessarizata. Encatismata ⁊ suppoita. Intret stuffaz siccã i qua sudet qm̃ multũ valet in exsiccatione hũiditatũ ⁊ si nõ adest cõmoditas stufe fiat semicupium in quo sit aptata tabula multis foraminibꝰ ꝑforata quasi in medio semicupij stãs vel magis versꝰ fũdum ⁊ ſb ea sit aqua calida decoctionis reꝝ stipticaꝝ mixtarũ cũ resolutiuis ⁊ mulier sedeat sup tabula vndiq̧ bñ coopta ⁊ taliter moret᷑ vt fumus per foramĩa ascẽdẽs ad vuluã ⁊ ad ipam totam vndiq̧ ꝑueniat ⁊ si tepere ceperit addat᷑ d̾ d̾coctione calida reseruata aut extinguant᷑ in ea lapides igniti vel paret᷑ stuffa qũolibet aliter melius parere põt ⁊ post exeat a stuffa ⁊ intret lectũ in quo quiescat ⁊ sudet. Et de cõueniẽtibus est sessio sup erucã siluestrẽ in vino d̾ coctam ⁊ super tabulam extensam dum actu calida extiterit panno lineo ibi suppoito. Vnguẽtuz vtile quo vtebat᷑ ducissa austrie ⁊ a quibusdam dicitur vnguentum comitisse qd̾ sistit fluxum mẽstruorum rubeorum ⁊ al. a quacunq̧ cã ⁊ sistat sanguinem pregnantium quando abortire timent ⁊ fluxum emoroidarũ mirabiliter ⁊ vtiliter. ℞. mediani corticis castanearum ⁊ mediani corticis glãdium ⁊ iterum cupularum glãdiũ mirtilloꝝ caude equine gallar. corticis fabarum arilloꝝ vuarum siccarũ sorbaꝝ siccarum nispilloꝝ imaturoꝝ radicis celidonie folioꝝ prunoꝝ siluestriũ anterantur grosso mõ ⁊ coquantur in succo vel decoctõe plãtaginis ⁊ colentur. Et tunc. ℞. ceram q̃tumuis ⁊ resolue eam in oleo mirtino quãtũ sufficit laua ipaz nonies in predicta decoctiõe semp inouando eam vnaquaq̧ vice accipiendo de ipa omni vice portionem eius sufficientem ad lauandum ⁊ hoc facto. ℞. corticez medianum castanearum glandiũ ⁊ quercus an. ptes. j. cineris ossiũ crurium bouis mirtillorum arillorum vuarum an. ptes. ß. terant᷑ cribellentur subtilr. ⁊. ℞. ex hoc puluere partes duas ⁊ troc. d̾ carabe ptẽ. j. ⁊ misceant᷑ ſm bonã ꝓportionẽ cũ predictis cera ⁊ oleo mirtino lotis addito eis oleo masticino nõ loto qdã tñ lauãt ipm simul cũ illis cõficiat᷑ vnguentũ ex quo inungant᷑ renes a sursum vsq̧ deorsum ⁊c̃.

Aliũ vnguẽtũ cõe ꝙ vbiq̧ ꝑparatũ repit᷑ ⁊ eo vtũt᷑ oẽs medici ⁊ valet vt i littera

¶ Caplm. 24.ᵐ de malicia cõplexionis matricis.

Matrici accidere potest ois spẽs malicie cõplexionis simplicis ⁊ cõposite pure ⁊ cũ mã mala. tñ cõplo humida nũq̃ aut raro valde in ea sine humoris vitio repitur. Mala v̾o ꝯplo sicca sine hũoris vitio bñ frequẽter in ea repiri põt. Que aũt ei frequentius aduenit est mala cõplo hũida ⁊ frida mãlis. nã matrix de se est labilis ad malam cõplonẽ fridam ⁊ preter hoc ẽ parata recipere ex toto corpore superfluitates maxie ab epate ⁊ venis q̃uis eni sit instrumẽtũ ⁊ locus gñationis: est ẽt instrumẽtũ ⁊ locus quo nã suas superfluitates expurgat ⁊ ex qualibꝫ mala cõplone matricis accidit lesio in suis oponibus ⁊ ipedit᷑ cõceptio maxime a frida ⁊ hũida mãli. Et cã male cõplexionis matricis qñz est itrĩseca ⁊ qñz est extrinseca ⁊ cãe. iste tã intrĩsece q̃ extrĩsece note sũt cõsideratis eis q̃ dcã sũt de cãis malitie cõplonis testiculoꝝ i viris

